

Quippe hæc, & alia flagitia divitiarum alumni sunt, maxima quoque scelera, si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hæc temere inter illustres viros divites comparant: sed quemque in aliqua laude mirantur, cum paupertas ab incunabulis nutrita est: paupertas inquam, præfata apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium reperitrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes personata. Eadem est enim paupertas apud Græcos, in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero disertæ. Eadem paupertas etiam populo Romano imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum Diis immortalibus simpulo, & catino fœtilli sacrificat, *Apulejus apolog. 1.*

COMMODA, ET UTILITATES.

Paupertas confert septem bona, scilicet peccatorum recognitionem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderii impulsionem, spirituum bonorum dulcedinem, meritum exaltationem, & cœlestem hereditatem. *Ex B. Thom. super Isaïam 48. fin.*

VIAM EXPEDIT AD BEATITUDINEM.

Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea potes ditius invenire. Vifus nobis est, quod locuples fit, cœlum enim, quibus thesauris confertur possit, quod paupertati videmus indulgentem? ut ad regnum cœlorum veniret, dives possessione sua obtinere non potuit, nunc obtinet, ut contemptu perveniat. *Augustinus de verbis Apost. serm. 28.*

Ipsæ Christus pauperibus Spiritu regnum cœlorum pollicetur, ac paupertatem primam inter beatitudines coaptat. Ut quam ille jam in mundum veniens commendavit, cum ei locus in discipulo non esset, nec haberet, ubi caput reclinarat, ut infra latius dicitur.

Voluit autem à paupertate Dominus ordiri sermonem beatitudinis, tum quia sicuti malorum omnium radix est cupiditas, ita Evangelicæ perfectionis origo est rerum intercurrentium contemptus, & voluntaria paupertas: tum quia in divitiis, & honoribus mundus ponit suam felicitatem, conveniat, ut rejecto eo, quod maxime homines sectabantur, contrarium illius primo loco induceretur, & ab eo inciperet beatitudo iudicio divino, ubi erumna reputatur humana. Ita eleganter S. Ambrosius.

PRÆSTAT SECURITATEM.

Etiâ Ethnici hoc videre poterunt, è quibus Seneca paupertatem vocat expeditam, & securam, & alius Seneca, sita-tamen aliis.

Humi jacentem scelera non intrant casam.

Ereterium. Bene paupertas.
Humilitate contenta latet:
Quatinus alta sepe procellæ.
Aut evertit Fortuna domos.

Pheraulas à paupere factus opulentus, & ob id felix à Saca nuncupatus, num inquitabat, me felicem, Saca, exitimas, aut jucundus vivere, quod multa possideam? an ignoras me esse, & bibere, & dormire nullo modo jucundus, quam tunc, cum essem pauper: Bene, & verè Juvenal. *Sat. 10.*

Paucaliter portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus gladium, contumque iovebis.
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbras.

D Cantabit vacuus coram latrone viator.
Similiter Ovid. de Nuce.

Sic timet insidias, qui se scit ferre viator
Quod timeat: tutum carpit inanis iter.

Pauper in cella, dives in conscientia, scribit Ven. Beda; securior dormit in terra, quam dives in auro, & purpura.

S. Hilariem de nocte infestabant Latrones, quos dum intercepti suspiciti, & illi percontantur, num timentur minime ajebat: nudus latrones non timet.

MODERATUR REPUBLICAS, ET FAMILIAS.

Custodiunt Respublicas paupertas, prore, & Romanam multus faculis custodivit. Inter tentoria sobria paupertatis, luxus incers, sopor marcidus, & doli non subeunt, adversus voluptates excubat, avaritiæ, ac prodigalitatis stipem enecat: Invidet opibus vicinis, cognatus, amicus: pauperum miserentur, nullus in familia paupertatis invidiæ, nullus arrogantia locus, nullus insidiis, nullus damnorum formidini, unde paupertatem longè divitiis beatiorum æstimabat Democritus.

Et Socrates audiens Charmidem paupertatem suam praticantem. Rectè, inquit, facis: nam gratiosa res est pau-

peritas minimè invidiosa, de qua non certatur, sed, licet incultodita, servatur, & neglecta augetur.

Hypsius quoque non paupertatem, sed iniustitiam dicebat fugendam. Nullus enim quatenus pauper, sed quia iniustus, inquit, supplicio affectus est.

Et D. Hieronymus in Epist. Ob hoc ait amanda vel maxime paupertas, quia à quo amaris offendent: quippe non habet adulationem comitem sibi parentem fortunam hominis, & non personam amantem.

ALTA ILLIUS COMMODA.

Similiter *B. Chrysostomus* in paupertate excurrrens laudationem: Paupertas inquit, est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, delicia periculorum expertes, voluptas incerta, vita turbationum nescia, vita fluctuum ignara, &c.

Idem Serm. 18. in epist. ad Hebræos. Paupertas est manu ductrix quadam in via, quæ ducit ad cœlum, unctio athletica, exercitatio quadam magna, & admirabilis, portus tranquillul. Interroganti euidam ex Eucuro, et Malles ne esse Crœsus, an Socrates? respondit, vivens malle esse Crœsus, sed moriens Socrates. Sentiebat, licet divites in hæc via abundarent: eorum fortem tamen post hæc vitam esse deplorandam: cum juxta Domini pronuntiationem: Facillius fit camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum. *Matth. 19.*

DOCEAT ARTES.

Illud denique paupertati proprium omnium artium investigare societatem: tolle paupertatem, omnes artes tollis: eas saltem, quæ cum sudore fiunt, neque enim delicata divitum membra labore ferunt, sed voluptatem, & quietem. *Bene & verè Manil. 1.*

— sua quemque

Advigilare sibi jussit fortuna premedando.

Et Horatius, ut de se fateatur:
Et laris, & fundi paupertas impellit auidax
De versus facerem.

Unde & L. Apulejus Paupertatem vocat omnium artium temperatricem, omnium civitatum conditricem, omnium peccatorum inopem, omnis denique gloriæ munificam.

Diogenes eam dicebat subsidium ad Philosophiam, quod ea quæ Philosophus verbo, ea re præstaret. Verum Christianæ Philosophiæ magistratam esse nemo dubitaverit, cum ad finem G ultimum opportunitum medium existat, regnum videlicet cœlorum obtinendum. Hæc *Laurentius Beyerlink* in *promptuario Eschorum*, Parte Æthiopiæ, in die Omnium SS. textur. 2.

Ceterum lubet ampliora paupertatis encomia aliis Ethnicorum benedictis confirmare.

APOPHYHEGMATA.

Democritus audiens quandam de paupertate sua conquerentem: Si multa inquit, desideres, pauca tibi multa videbuntur. Desiderium enim contractum, paupertatem divitiis aquipollentem reddet. *Ant. in Meliss. part. 1. ser. 33.* Idem dicere solebat, pauperis conditionem divitis multo beatioram esse. Pauperes quippe maximis malis non instantur, ut insidiis, invidia, & odio, quibus divites expostiti sunt quotidie. *Ant. in Meliss. p. 1. ser. 13.*

Socrates ab Archelao vocatus, ut qui ipsum ditare vellet, ei renunciari jussit. Quod farinae chemicæ quatuor obolo venierent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res meæ, dicebat, mihi non sufficiunt, at ego ipsis sufficio, & sic etiam ipse mihi. *Stob. ser. 85. ex Acrian. scriptis recitat. Idè Paupertatem H ajebat esse unum suorum principum, id est, parvam temperatiam. Stob. Ariftides ille iustus, cum dives quidam paupertatem ei obiceret, dixit: Mihi quidem nihil adfert mali paupertas, tibi verò divitiarum non paucas perturbaciones. Anton. in Meliss. part. 1. sermone 32.*

Epicurus, Paupertatem ad legem naturæ compositam dicebat summam esse divitiarum. *Senec. Epist. 21.*

Sextus, paupertatem ferre non cupisvis, sed sapientiæ esse dicebat. *Anton. ser. de egenis.*

Diogenes, desertus ab omnibus hominibus, solus relinquēbatur, cum neque propter egestatem ipse quoniam recipere, neque ipsum hospiti o quilibet accipere. Omnibus enim invisa erat ejus in reprehendendo acrimonia, deinde in agendo loquendoque acerbitas. Proinde trinita plenus, summam foliorum extremities manducabat. Ille enim suppetebat, quo minus fame periret. Mus verò accedens, deciditibus fructibus vescēbatur. Diogenes igitur, cum diligeret rem insperatē, subridens, animo recepto: Mus hic, inquit, nihil indiget Atheniensium laudibus. Et quid tu, o Diogenes, agere fers, te cum Atheniensibus non cœnare? *Ælian. 1. 13. de var. hist.*

Ciim

Cum Diogeni paupertas à quodam vitio daretur: Infelix, respondit, quid ais? At ego neminem vidi tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes verò propter divitias.

Stob. ser. 95. Idem, paupertatem appellabat virtutem omnium, id est, quæ per se dicitur. Divitiis opus est multis præceptis, ut frugaliter vivant, ut corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectentur, &c. omnia autem docet paupertas. *Stob. ser. 95.* Idem paupertatem dicebat esse subsidium ad Philosophiam. Nam quæ philosophia verbis persuadere conatur ea paupertatem reipia cogere. *Stob. ser. 93.* Vide de eodem infra Tit. Viri pauperes, Philo-
lophi.

Archeilaus, paupertatem ajebat asperam quidem esse, quemadmodum & Ithacam, sed bonam prolis nutricem, ut quæ suæ abstinentiæ frugalitati, & abstinentiæ, & in universum efficaci virtutis gymnasiū sit. *Stob. ser. de laude paupertatis.*

Hippsæus Animæ timiditati medendum esse dicebat: tunc inquit, non metus paupertatem. *Stob. eod. ser.*

— Vide Titulum superiorem.

Ariston dicere solebat, paupertatem esse lucernam, quæ omnia mala demonstrat. *Stob.*

Aristot. paupertatem dicebat multis rebus indigere, avaritiam autem omnibus. *Ant. part. 1. ser. 33. Meliss.* Idem, si non multa, inquit, concupiscas, pauca etiam multa videbuntur: exigua enim appetentia paupertatem opulentiam parem efficit. *Max. ser. de divit. & paupert.*

Xenophon, paupertatem per se doctam philosophiam esse dicebat: quæ enim hæc verbum suadet, illa opere cogit. *eod. ser.* Aristonymus, vitam pauperum similem esse dicebat navigationi illux litus: divitem autem ei, quæ in profundo pelago sit. Illis enim facile est funem eicere, appellere, & navem extrahere: divitibus non item. *Stobæus in comparat. paupertatis, & divitiarum.*

Ephialtes, euidam ei paupertatem exprobranti, Cur non inquit, etiam alterum dicis, quod justitiam colam? Ostendit autem vir sapientissimus, paupertatem, etiam si multarum virtutum nutritrix fit, cunctis exolam esse. *Ælian. 1. 13. de var. hist.*

Hieron. Sophista. Vide infra Tit. Pauperes Philosophi. Moschion, si in Persia inquit, natus es, non curares Graciâ habitare, sed cum Persis scilicet versari studeres. Cur igitur in paupertate natus contendis disteferre, & non in eadem permanens feliciter degere? *Max. ser. de divit. & paup.*

Apollonium solius esse dicere, paupertatem secundum naturam nequaquam turpem esse: turpi autem de causa pauperem esse dedecus, & flagitium esse indignissimum. *Ant. part. 1. serm. 33. Meliss.*

Licurgus, percontanti, quam ob rem hostium cætorum cadavera spoliarè vetuisset? Ne, inquit, dum spolis incumbunt, pugnam negligant, sed paupertatem unâ cum ordine servant. Ut vir ille sapiens ubique civibus suis metuat à divitiis tanquam à fonte plurimorum malorum, cum apud hominum vulgus nihil expectatur avidius, quasi in his sint præcipua felicitatis humana præfida. *Plut. in Lac. apoph.* Idem, Civibus quibusdam interrogantibus, quomodo liceret hostium insulsum effugere? Si, inquit, pauperes fueritis, nec alius alio plus requirit. Ad opulentos, & onustos prædæ spes invitat hostem, nec facile potest elabi, qui facinus, & impedimentis retardat. *Ant. in Meliss. serm. 33. part. 1.*

Quidam Imperatore incusavit, quod illius insidiis, & otio, & somno fuisset privatus: videlicet, quod illius benignitate è paupere factus esset dives. *Plut. in Sympol. 1. 2.*

M. Cato dicebat, honestam paupertatem impis divitiis longè præferendam esse. Hoc enim opprobrii, illud miserationis causa fieri solet. *Ant. in Meliss. serm. 33. part. 1.*

Bulas, paupertatem manu sexcentorum latronum, biendiatorem cepisset, rato capite ad Severum Imperatorem remisit, cumque interrogaretur, quid Imperatori vellet nuntiari? Nuntiavit, inquit dominus tuus, ipse servos suos alere, ne latrocinium. Habebat enim Bulas multos apud se Cafarianos, partim exigua mercede conductos, partim nullo certo stipendio. *Xiphilinus in vita Severi.* Idem, Cujusdam mulieris, cum quæ scortabatur, ope deprehensus, & à Papiniano præfecto pratorio interrogatus, cur latrocinium fecisset? respondit: Et tu dic, cur præfectus sis. Erat nimirum Papinianus homo pravedes, & magna apud Cæsam exultationis, & propter

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

opum suarum splendorem in aulam admiffus. Bulas verò penuria, rerumque egestate vexatus, latrocinio viculum quætere E cogebatur. *Idem Xiphilinus.*

* PAUPERATIS ACCEPTIO VARIA, EJUSQUE DIVISIO.

Vide infra, Paupertatis possessio respectu rerum in genere considerata.

Tres paupertatis species enumerat Hugo *l. c. g. de claus. an.* Sunt, inquit, qui rebus egent temporalibus, sed inviti, & hæc vocatur Egestas.

Alii rebus abundant, tamen sunt pauperes spiritu: & hæc est aurea paupertas, quia divitiis affluentibus cor non apponunt.

Tertia est mediocritas, quam vocant Philosophi frugalitatem. Addere licebit quartam speciem eorum, qui voluntate pauperes sunt: quomodo Philosophi plures, ut Crates Thebanus, & alii sponte divitias abiecerunt, cum eas mergere se dicerent, priusquam illas eos immergerent: Iverum ob vanitatem tantum, non ob Dei amorem, aut cœlestium divitiarum desiderium. **F**

Alii Paupertatem duplicem constituunt: Eam, quæ necessitate fit, & aliam, quæ voluntate.

Ceterum triplex in Scriptura Paupertas indicatur. Una est semper mala, ac improba: alia semper bona, & laude digna; Tertia media, neque mala per se, neque bona, sed in utramvis partem transferri potest, pertinetque ad miseriam quandam, & afflictam vitæ sortem, per quam necessariis quoque rebus humana indiger infirmitas. Hanc à se deprecabatur Sapiens Salomon, cum oraret: Divitias, & paupertatem ne dederis mihi. Sicque propter orabat, quod infirmioribus animis utrumque fit occasio delinquendi, unum per superbiam, alterum per impatientiam. Tam abundantia, inquit *D. Prosper. in epist. ad Demetriam.* quam indigentia, materia solet esse peccati, cum vel dives extollitur ad superbiam, vel pauper proflit ad querelam.

At vituperanda semper, semperque detestanda paupertas est, necessarias non habere virtutes. De qua *D. Bernard. serm. 68. in Cantie.* Perniciosa paupertas, inopia meritum.

De qua etiam loquitur Propheta *Thren. 3.* Ego vir videns G paupertatem meam, in virga indignationis tuæ. Quia enim paupertas hæc, quanto est perniciosior, tanto minus ab hominibus cognita, neque tamen vitari nisi cognita potest, idcirco Propheta superbi pauperis in ea personam gerens, hoc utilitatis sibi præstitum esse gratulabatur, virga divina indignationis, ut videre inciperet suam paupertatem; quo sic ea cognita, verè justitiam divitiarum à Deo sibi posceret dari.

Tertia est paupertas spiritus, de qua Christus apud *Matthæum cap. 5.* Dicuntur autem juxta S. Basilium, pauperes spiritu, qui non ob aliam causam pauperes facti sunt, nisi propter Domini doctrinam, qui dixit: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Si verò, quis etiam quomodocumque accedentem paupertatem susceptam gubernet ad voluntatem Dei, sicut Lazarus: nec à beatitudine alienus est.

Sunt igitur triplices pauperes spiritu. Primò quidem, qui propter Christum omnia sua reliquerunt, quales erant Apostoli: & de his potissimum Christus loquitur.

Secundò, qui incidentem paupertatem propter Deum suscipiunt, eamque divitiis spe regni præferunt.

Tertiò, qui parati sunt facultates suas promptè abicere, ubi ratio exigat pietatis. Neque dixit Christus beatos pauperes voluntate, sed spiritu: non enim voluntaria paupertas omnis beatitudinem inchoat, nam & Philosophi omnibus se abdicaverunt, ut promptius studio vanitatis tendere: neque aliter elegerunt sensu carere terreno, quam ut abundarent in sensu suo.

Hos autem discernit vox Spiritus, hoc est, ut exponit *D. Bernardus. serm. 1. Fest. omnium Sanctorum.* Spirituali voluntate, spirituali intentione, desiderio etiam spirituali, propter solum beneplacitum Dei, & salutem animarum. Quomodo *D. Hieronymus* Pauperes dicit spiritu, qui propter Spiritum sanctum voluntate sunt pauperes.

Quid de hac Paupertate Hæretici senserim.

Julianus Apostata ridendo dicebat, idcirco se Christianos privare facultatibus, ut facilius regnum cœlorum consequerentur,

H

tur,

dur, cum Christiana religio dicat, & Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Afferbat Vigilantius, melius eos facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim possessionum suarum fructus dividunt pauperibus, quam illos, qui possessionibus venduntis, semel omnia largiuntur.

Cui, inquit S. Hieron. contra Vigilant. non a me, sed a Domino respondetur: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia. Ad eum loquitur, qui vult perfectus esse, qui cum Apostolis patrem, naviculam, & rete dimittit. Ille, quem tu laudas, secundus, aut tertius gradus est. Quem & nos recipimus, dum modo sciamus, prima secunda, & tertius preferenda. Bonum igitur est, facultates proprias cum dispensatione pauperibus erogare; sed melius intentione Dominum sequendi, simul omnia donare, & absolutum in solitudine degere cum Christo. Siquidem, inquit D. August. epist. 34. ad Paulin. facilius est, quibus carere contentere, quam possessa non amare, archisque terrena constringunt adepta, quam concupita. Nam unde juvenis ille tristes diffidit, nisi quia magnas divitias possidebat? Aliud namque est incorporare nolle, quae defuncti aliud incorporata divellere. Illa enim velut extranea repudiantur, B ista velut membra praeciduntur.

Fuerunt alii Haeretici, dicti Apostolici, qui non recipiebant in suam communionem utentes conjugibus, & res proprias possidentes; ideo Haeretici, quoniam se ab Ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui utuntur his rebus, quibus ipsi carent. Meminit horum Epiphanus haeres. 61. & Augustinus haeres. 40.

* PAUPER TATE M SPIRITUS.

Non solum consistere in contemptu, ac dimissione magnarum opum.

Non minus est meritum paupertatis voluntariae iis, qui pauca possidebant, si veraciter omnia, etiam quae voluissent habere, contempserint.

Sic Greg. homil. 5. in Evang. Ad vocem Dominicam uterque iste piscator (Petrus, & Andreas) quid, aut quantum dimisit, qui penes nihil habuit? Sed in hac re affectum potius debemus pensare, quam censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit; multum reliquit, qui quantum possidemus, & ea, quae minime habemus ex desiderio quaerimus. Multum ergo Petrus, & Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit.

C Sic & D. August. in Psal. 103. Neque enim, inquit, quia dives non fuit, ideo minus multum impuabitur. Nam neque Apostoli ipsi, qui priores hoc fecerunt, divites fuerunt, sed totum mundum dimittit, qui & illud, quod habet, & quod optat habere, dimittit. Quis enim pauper non turgescit in spe saeculi huius? Quis non cupit quotidie augere, quod habet?

Illa cupiditas propriae abiectione praeciditur. Et ut D. Hieronymus epist. ad Paulinum, totum dedit Deo, qui seipsum obtulit Apostoli tantum navem, & retia reliquerunt. Vidua duo aera misit in gazophylacium, & Ceresi divitiis praefertur.

S. Ignatius Loyola pauperem spiritu illum sibi demum videri asserbat, qui erga illam, quibus utitur, sic animo affectus est, ut instar statuae cupulam, quae nec resistit, aut reluctatur, se habeat, quominus scilicet omni ornatu spoliatur. Ribadon. D in vita, & Massieu.

* FRUCTUS VARI PAUPER TATIS SPIRITUS.

Admodum est utilis haec voluntaria possessionum suarum derelictio; Primo enim, curis secularibus animus liberat, & quibus periculosè implicatur. Unde Apostolus 1. Timoth. 7. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & immergunt se desideris inutilibus, & noxiis, quibus ad interitum pertrahuntur.

Quamobrem his, qui Deo militant, fugienda sunt ex toto corde divitiae: quas qui habere volunt, sine labore non quaerunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt.

Non in hoc solum nocent divitiae, inquit D. Chrysostom. hom. 22. in Matt. quod contra nos latrocinantium armat manus, nec quia magno cum cumulo intellectum mentis

nostrae obtenebrant, verum etiam quod nos a Dei servitute divellant, & rei mortuae, pecuniarum scilicet, captivos efficiant. Is igitur Dominus carum est, ac proinde liber, qui contemnit.

Deinde ad hoc valet, ut redimatur tempus, quoniam dies mali sunt, ad quod hortatur Apostolus. Redimere autem tempus, inquit D. August. homil. 1. & 10. inter. 50. est, etiam cum detrimento temporalium commodorum, ad quaerendam, & capeffendam bona aeterna, spatia temporis comparare.

Et D. Prosper. in epist. ad Demetriad. Quo pretio quies huius temporis aptius comparatur, quam ut ipsi mundo omnes divitiae, omnes dignitates, & universarum cupiditatum materiae refundantur. Et sancto, beatoque commercio ematur Christiana libertas, fiantque filii Dei, de paupertate divites, de patientia fortes, de humilitate sublimes.

Postremo, haec voluntaria honorum abdicatio, militem Christi ad luctandum cum invisibilibus hostibus maxime reddit idoneum. Nihil enim ait D. Greg. hom. 32. in Evang. maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctare debemus: Si enim vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram decidit, quod habeat, unde teneatur. Quid autem sunt terrena omnia, nisi quaedam corporis indumenta? Qui ergo cum Diabolo ad certamen properat, vestimenta abiciat, ne succumbat.

Non est igitur mirum, quod D. August. epist. 86. quesi. 4. dicit, Ego perfectionem, de qua Dominus locutus est, quando ait diviti adolescentem: Vade, vende omnia, quae habes, & da pauperibus, vehementer adamavi, & non meis viribus, sed gratia ipsius adjuvante sic feci. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem novi ego, quam quisquam alius, sed magis Deus, quam ego. Et ad hoc propositum quantum possum viribus aliis exhortor, & in nomine Domini habeo confortes, quibus hoc per meum ministerium perfuturum est.

* PAUPERUM SPIRITU EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Patriarcha Jacob recedens a parentibus suis, & jens ad Labanum fratrem suae matris, nec animam, nec famulum legitur habuisse, sed in baculo suo transiit Jordanem. Et qua vice volens requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Gen. 28.

Moyfes pascebat oves Jethro feceri sui sacerdotis Madian. Per quod videtur, quod proprias non habebat, qui pascebat alienas. Exod. 3.

Ruth Moabitibus non magnis divitiis abundabat, quando ibat ad colligendum spicas, quae intentionem magis fugerant, quae ad manus pauperum pertinebant. Ruth. 2.

Uno puero contentus Saul, jvit satis longè ad quaerendum asinas patris sui. Unde ipse Saul dicit postea Samueli, quod cognatio sua erat novissima inter omnes familias tribus Benjamin. 1. Reg. 9.

Minimus erat David inter filios patris sui, ita quod quando Samuel venit ad inungendum unum ex filiis suis Isai, David erat in pascuis, nec in principio vocatus fuit, quasi nullus esset reputationis. Deinde, cum fratres ejus essent in exercitu, misit eum pater suus, onustum victualibus, ad defendendum illis. 1. Reg. 16. 17.

Magnam penuriam patiebatur Elias, quando petit ad vidua Sareptana, ut daret ei paululum aquae, & buccellam panis. H. 3. Reg. 17.

Filius Prophetarum sub Elifaeo in magna paupertate vivebant, qui parum de pane, & insipidum pulmentum habebant. 4. Reg. 4.

Anna uxor Tobiae ibat ad texitrum opus quotidie. Per quod videtur, illos pauperes fuisse, qui nec ipsum instrumentum ad texendum possent in domo sua tenere. Unde Tobias filio suo dixit: Noli timere, fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, &c. Tob. 2. & 4.

Filius Rechabitarum domos non aedificabant, semen non ferebant, vineas non habebant, vinum non bibebant, sed in tabernaculis habitabant. Jerem. 15.

De Plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan in terra Juda. Pauperibus ergo pepererit, divites, & potentes occidit, vel captivos in Babylonem duxit. Jerem. 39.

Exemplum paupertatis amandae habemus in Domino Salvatore, qui fuit de paupere matre natus, & a paupere fabro nutritus,

nutritus, decenter passus, fuit panis non pellibus involutus, A & in praesepio reclinatus, & post in purificatione Virginis gloriose, oblationem pauperum, parentes pro eo in templo obtulerunt. Luc. 2.

Item citò post, Joseph cum puero, & matre ejus fugit in Aegyptum. Matth. 2.

Cum factus esset puer Jesus annorum duodecim, remansit in Jerusalem, ignorante Maria, & Joseph. Per quod apparet, quod magnam familiam non habebat ad associandum puerum, vel ad ei servendum. Luc. 2.

Circiens Jesus civitates, & castella non habebat, ubi caput reclinaret, unde ait: Vulpes foveas habent, &c. filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Et in fine, nudus appensus est in cruce. Matth. 8.

Discipuli pro majori parte de statu paupertatis fuerunt assumpti, Jacobus, & Joannes reficiebant retia. Joan. 9. Mat. 4. Et Luc. 5. lavabant retia.

In sermone Domini in monte, primum ponitur commendatio paupertatis: quasi ipsa efflet totius spiritualis aedificii fundamentum. Matth. 5. Luc. 6.

B Inter cetera Christi miracula ponitur unum, quod pauperes evangelizabantur: eo quod ante adventum ita fieri non solebat. Matth. 11.

Adolescenti de ingressu ad vitam aeternam quaerenti dixit Dominus: Si vis esse perfectus, vade, & vende universa, quae habes, & da pauperibus. Matth. 19.

Miram remunerationem promittit Dominus, omnia derelinquentibus propter nomen ipsius. Eodem.

Pauperes, & debiles ad coenam illam Domini magnam fuerunt induci: immò & quidam de viis, & sepibus leguntur ibi fuisse compulsi. Luc. 14.

De illo famoso paupere Lazaro, in sinu Abraham ab Angelis deportato, nullum aliud iustitiae opus, vel causam gloriose scripturae allegare videntur, nisi quod ipse receperat mala in hac vita mortali. Et ideo Deus voluit eum consolari in alia. Luc. 16.

Omnes, qui credebant in primitiva Ecclesia, erant pariter, & habebant omnia communia, possessiones & substantias vendebant, & distribuabant omnibus, prout cuique opus erat. Act. 2.

Petrus dixit claudo pauperi elemosynam petenti: Argentum, & aurum non est mihi, &c. Act. 3.

Vale dicens Paulus fidelibus de Achaja dixit inter cetera: Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, ipsi fecitis. Quoniam ad ea, quae mihi opus erant, & his, qui mecum sum. Ministraverunt manus illis. Act. 19.

EXEMPLA HISTORICA.

Cum S. Barnabas Apostolus Christum Dominum doctorem audisset, ut quicumque nunquam deficientem in caelis thesaurum invenire vellet, venderet, quae possideret, faceretque sibi faculos, qui non veterascent; Barnabas nihil moratus, pretiosissima cuncta a tantum sibi relicta venentum sibi reservato. Postquam vero à morte, & resurrectione Domini, uberiori Spiritus sancti gratia affluas fuisset, illum etiam agrum vendidit, pretiumque ad pedes discipulorum deposuit, ac exemplo omnes ad eandem virtutem D alexit. Ex Metaph. Baron. tom. 1. an. Dom. 34. & Sur. 11. Junii.

Josaphat adolefens Avenmri Indorum Regis filius, cum à sanctissimo illo seno Barlaam instrueretur, praepitorem interrogat, num cuncta despiciere, & laboriosissimam hanc vitam assumere traditio esset antiqua, ab Apostolorum defendens doctrina: a vero recens inventa. Cui respondens hoc à me) sed ab antiquo nobis traditam. Dixit enim Deus cuidam diviti, qui interrogabat eum, quid faciendo vitam aeternam possideret, & gloriant se omnia custodisse, quae cumque habet, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & non veni, sequere me, tollendo crucem; ille vero eum contristatum Dominus, dixit: Quam difficile est, qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorum! Facilius enim est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum. Hoc ergo mandatum cuncti audierunt sancti, & sectua divergentes in pauperum difficultate fruderunt, cuncta aeternas reponentes, consumunt erogationem, & divitias sibi aeternario contumati sunt: alii vero eremiticè agonizant. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

tes, & nihil eorum, quae ad conversationem huius veracis philosophiae pertinent, omiserunt. Mandatum igitur hoc esse noveri Christi Regis nostri, & Dei, quod nos ab amore temporalium retrahit, & aeternorum participes efficit. Cum igitur, inquit Josaphat, sic antiqua, & necessaria hujusmodi sit philosophia, cur non hodie hanc multum sequantur? Senex vero ait: Multi quidem imitari sunt, & imitantur: plurimi vero pigri remanent, & negligentes: Pauci enim sunt, sicut ait Dominus, qui arctam pergant viam; amplam vero, & latam plures. Qui enim semel ab avaritia, & voluptate malorum capiuntur, inani, ac vana dediti gloriae, inextricabiliter ipsis alitri remanent, & quasi servos semetipsos voluntarie vendunt alieno domino, & ex adverso stantes ista praecipienti Deo, & vincti ab eo tenentur. In hist. duorum Christi militum Barlaam, & Josaphat per Damasc.

Inter omnes, qui paupertate delectati sunt insignis fuit B. Francisci virtus: eam enim ita ex animo colebat, & amabat, quasi rem eximiam, & cui nulla humana dignitas posset comparari, ejusque causa non solum patrem, & matrem, fed etiam F quae habere potuit, universa reliquit. Itaque, ut Bonaventura scribit, eam in omni sermone modo matrem, & proterea quod in Rege Regum, ejusque genitrice adeo insigniter effulset. Quam ob causam cum mendicum quempiam pauperiorum aspiceret, quam ipse efflet, ita sancta quadam invidia commoveri solebat, ac si in re magna, multumque expectanda vinci se videret. Insuper etiam cum ad principum hominum mensas invitaretur, non ante eas adibat, quam aliquot panis frusta per viciniam mendicasset, quae deinde in mensa cum gaudio exponerent. Qua de re cum aliquando Cardinalis Hostiensis ipse, qui postea fuit Honorius Pontifex, amancer cum eo questus esset quasi nonnullam injuriam domui suae fecisset, respondit ille, Immo verò magnum tibi ipsi detuli honorem, dum majorem, quam tu sis, Dominum honoravi. Mihi verò certum est, dignitatem hanc regiam, quam pro nobis Dominus Jesus egenus factus assumpsit, nullo modo relinquere pro usu salutarum divitiarum ad brevissimum tempus concessit. Idem quoque cum saepe à Fratribus rogaretur, quoniam virtus praecipue, & maxime nos Christo Domino commendaret, gratoque faceret, cum insultato, quodam affectu respondere solebat, paupertatem: eam enim esse viam salutis, humilitatis fomentum, perfectionis radicem, & ab ea multiplices fructus existeret, quam occultos, & paucissimis cognitis. D. Bonavent. in vita ejus cap. 7.

Incredibile dictu est, quod studio paupertatem coluerit Franciscus Borgia, ut refert Perr. Ribad. lib. 4. de vita ejus, cap. 2. Instar enim boni negotiatoris, ait, inventa hac pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparavit eam. Didicerat, persuasumque habebat, verum esse illud oraculum: Pauperes spiritu beatos fore. B. Franciscum Assisium, ut nomine, sic & moribus referre coepit. Propriam familiam illius inopiam admirabundus adamavit: & simul atque se Societati vestro astrinxit, pecuniam exinde non contraxit: quodque mittere magis in homine adeo opulento, argenti, aurique precium ignorabat. Enituit isthaec rebus in omnibus virtus, in victu, cultuque corporis, lecto, cubiculo, caterisque, ut in papyro, qua conciones suas excipiebat: in foco denique, dum H frigus urgeret, instruendo. Calceos novos induere decretabat, biennio vix atterens. Caligas item, licet pannosas, & ruptasque haberet, non mutabat. Montellano in Collegio versanti, femoralia nova muneri oblata: quae furtim noctu apostolus lectulo socius, subductis laceris; at Pater experrectus, dolo comperto, vetera petiit, novaque reddi omnino iussit. Stipem cum vicatim mendicis cogere, panis frustula oblata libentius, quam appositos panes integros gustabat. Toti itineri ingressus, adduci nunquam potuit, ut vel syndonem mundam, valetudinis gratia, circumferre comitem peteret, ne quid in paupertatis jura peccasse videretur. Narrant scilicet, se vidisse super stramine saepenumero cubantem sub dio, aut teneui tecto, ventis hac illac spirantibus, & frigecente maxime caelo ille tamen eam praefere hilaritatem tulit, suis ut admirationi esset, pudoremque incuteret. Sago in itinere, aut clamdyde non alia usus, sive hyberni, sive aetivi temporis hora esset, quam pallio quotidiano; quod invertere, duplicareque solebat, ne luto inquinatum deterius fieret. Ocreas pedibus, ut indueret, impetrari ab eo non poterat. Petasum unum satis esse ajebat arcendis caeli injuriis, sive sol arderet, sive imber decidiret, ventique flarent. Fessus, fractusque de via, & largis imbribus perfusus, tum demum incredibiliter gaudebat, si in hospiti-

tium delatus esset, cui deessent, quibus lectores refoillari A solent, ignis, victusque corporis. De lectulo, & conclavi nihil laborabat. Nullum ibi velum appendi, nedum peritafinata patiebatur, quin & stercora, seu regetem parieti ad cervicali affigi, moleste ferebat: id genus commoda fugienda predicans, quod mortis germanus, somnus appellaretur: fitos vero in sepulcro brevis urna, minimèque sumptuosa caperet, &c.

Narrat. Joan. Diaconus lib. 10. vitæ Gregor. Papæ cap. 40. quod Eremita quidam magna virtutis vir, nihil in mundo possidebat præter unam cattam, quam blandiens crebro, quasi cohabitricem in suis gremiis refovebat, cognoscens, orafit se ferret ad Deum, ut sibi ostendere dignaretur, quam futuræ remunerationis mansionem sperare debuisset, qui pro illius amore seculum deferens, nil ex ejus divitiis possideret. Cumque nocte quadam dormiret, cognovit sibi revelatum fuisse, ut cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi præparandam sperare debuisset. At ille fortiter ingemiscens, præparandum sperare voluit, ut cum eo mansionem tanquam sibi profuisset voluntariam rerum inopiam, tantisperque remotionis juvenia putabat, ut cum eo mansionem reciperet, qui tantis mundalibus divitiis redundaret. Cum vero Gregorianas divitias sue paupertati die, nocteque suscipere conferret, alia nocte quiescens, audivit sibi Dominum in somnis dicentem: Quando divitem non possessio faciat divitiarum, sed cupidus, cur audes paupertatem tam Gregorii divitiis comparare: qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando, nullique conferendo diligere comprobans, quàm ille, qui tantas divitias non amando, sed contemnendo, cum dicitur liberaliter largiendo dispergit. Ita folitaris Deo gratias refulit.

Joannes Patriarcha Alexandrinus (qui pauperes dominos suos appellabat) non est hic silentio involvendus: cum enim ex hac vita migraret, haud parum latus fuisse dicitur, dum gratias Deo ageret, quem flatim indigentem dari præcepit. Annuus quippe illi patriarchatus vscigal, annue in egenos elemosinæ erant, nihil sibi referantem præter Christum. Neque enim quæquam aliud suam esse ajebat: asserens, idèe sacerdotibus, neque possessionem, neque partem, neque hereditatem inter reliquas tribus datam, quoniam pars, & hereditas, & possessio eorum est Dominus. Væ ergo vobis (ait Amos Propheta) qui C opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimas capita populorum, ingrediens pompatice domum Israæl. Joan. Diaconus in vita D. Gregor. Mag. lib. 2. c. 60. Bernardin. Religios. de ad. virt. l. 1. c. 20.

Burchardus V Vormaticensis Episcopus, ex hac vita migraturus hæc ad suos: Hæsterno die, inquit, unus fui ex divitiis; sed jam expecto, quod mox futurus sim, ut fereus, & cinis. Tullius est gloria nostra, talis est dominatio mundana. Nudus quippe egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc, nil præter peccata mea reportans, nisi Dei misericordiam exhortante aliquid boni fecerim aliquando, hoc apud Deum inventurum esse spero. Ecce nunc sum lotus, ecce viam longissimam itineris, legationem durissimam expecto paratus. Ex his miseris, quos cognoscere potestis, viventes mundanarum rerum gloriationes quam fragiles, & instabiles sint, quam plena malis, quam cæca futura, quas per speculum hoc cognoscit, quasi in enigmate, quamvis visum adhibe subactam ex parte, &c. Tunc Principes, qui aderant, intrantes thesaurariam, & cameram, ubi putabant pecuniam reconditam, diligenter angulos perstrutati sunt; & tandem scrinia librorum voluerunt angulos perstrutari subvertentes, vano fortunæ labore illi fuit. D plena spe præter thesaurum ecclesiasticum, nec aurum, nec argentum ibi invenitur, exceptis tribus tantum denariis, nec argentum ibi invenitur in vane suo reliquit, quando alios pauperibus erogavit. Habuit autem servus Dei quoddam scrinium, quod nullus nostrum aliquando apertum vidit. Hujus quidem clavem forori commisit, ut quidquid invenisset, in memoriam, & dilectionem vitæ suæ haberet. Quæ statim post obitum fratris, quibusdam convocatis nostris, dicta illius narravit, & tunc scrinium aperuit. Invenimus autem in eo ciliicum histucillimum, & catenam ferream ex unâ parte, quasi usu contritam. Quod ut vidimus, præcum contra Dei famulum sæpe nos negligerent deliquisse tunc peccatoribus communitur doluimus: deinde ejus felices actus apud Deum ita reclusos, & absconditos dignè admirantes gratiarum actiones Deo nostro non sine lacrymis pro ejus vita retulimus. Hæc ejus domesticus, & vitæ scriptor. In vita ejus per auctorem contemporaneum, in præambulis ad libros decret. Bar. tom. 11. anno Christi 1026.

Haud minor emicuit in Francisco Xaverio voluntarie pau-

peratis amor: nam diu, multumque meditatus egostavit Christi, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, E Evangelicam paupertatem unice dilexit: utique cum quotidie magis cum usus doceret, quam opulenta foret. ejusmodi paupertas, quæ animam anxius curis solutum, ac liberum calestibus affatim ditare bonis, efficeret, ut nihil habenti nihil deesset. Quocirca fere etiam in Goano Collegio, ubi ultro omnia suppetebant, mendicatio vicitavit cibo. Nec terra solum, sed etiam mari, sine viatico, & commeatu iter fecit. Atque ut minus illustria silcantur, subeat animum memoria professionis Indicæ ex Lusitania, cum Magistratus regis Regis Imperio etiam, atque instantibus, præter centonem adversus Bonæ spæ promontorium, antarcticis frigoribus infame, paucosque necessarios libellos, accepit nihil. In ipsa verò navi nullis, neque primariorum hominum, nec Prætoris ipsius precibus deduci à precario victu, vestituque potuit quippe non solum alimenta, fed etiam calceos, indulia, ceteraque necessaria à militibus classariis Christi nomine mendicare, quàm à Prætoris, Prætorisve comitibus ultro ablata accipere malebat. In India honestu vestitu, qui oferebatur, repudiato, cannabinam adamayitunicam sine pallio, veritus, ne splendorem habitus, ut fit, aliqua animi fallio sequeretur. F Horat. Tus. de ejus vita lib. 6. c. 7.

Elizabetha Andrea secundi Pannoniæ Regis filia, Ludovicoque Lantgravo Turingiæ Principi matrimonio juncta, non ignara dictum à Propheta: Si divitias affluunt, nolite cor opponere: Cum inter opes, luxumque potentia secularis versaretur, paupertatem enim affectabat. Interdum domi cum ancilla manens vilissimum fumebat amictum, totamque sese ad pauperularum morem componebat, dicens, haud alio ornatus genere usuram, si quando tandem dignatus fuerit pius, & misericos Dominus, expeditus vivendi copiam sibi concedere. Ad hæc quoties ad Ecclesiam audiendæ Evangelicæ predicationis gratia accedebat, non nisi inter infimas seminarum sibi deligebat confidendi locum, ut jam aperte compescere videretur de se illarum numero fieri, quum tam libenter inibat confortium. Desinit itaque viro, omnia quæ habere potuit, indigentibus dedit, & parumque putavit, fortunam tantum pro Christo impendisse, nisi amore illius etiam seipsum addiceret servitio miserorum. Igitur postquam constructo diversorio, non modicam egenorum agrorumque turbam coegisset, ministram fe eorum fecit: cumque à patre in G Pannoniam revocaretur, noluit eire, & talem vitam præponens regno. Hinc, ubi ea postremo in Sanctiorum gloriam recepta miraculorum patuit indicia, apparuit verum esse, quod Propheta ait: Quia melius est modicum juslo super divitias peccatorum multas. Conrad. in vita ejus. Fulgof. lib. 4. to. 4. Marul. lib. 1. c. 8.

Resert Thomas Cantipratanus de S. Mathildis filia regis Scotiz, & ejus fratris hoc exemplum: Memor sicut illustriſſimæ virginis Mathildis, quæ nostro tempore obdormisse probatur. Hæc filia regis Scotiz, ut probabili relatione didicimus, quatuor fratres habuit: unum Duceum, qui relicta uxore pro Christo pauperimus exulavit: item alium Comitum, qui vitam eremiticam duxit: item Archiepiscopum, qui relicto regimine, ordinem Gisterciensem intravit. Quartus fuit Alexander junior frater amorum sexdecim, quem cum pater rex regnare cogeret, Mathildis mater ejus virgo vixiginti tantum annorum dixit ei: Alexander frater charissime, quid nunc ages? fratres tui majores te matum mundum terraque deseruerunt, ut cœlum acquirerent: regnum spererunt mortale, ut regna perpetua possiderent. Tibi ergo soli regnum relictum est, pro quo es & celestem gloriam, & amicum perditurus. Nec mora, Alexander resolutus in-fletus: Hæc ait, foror, quid consilis facere? ego paratus sum, quidquid iusseris, adimplere. Quo audito gavisâ foror accepit fratrem, & mutato habitu ad remotiora traduxit, ubi eum, & mulgere vacas, & lac ad coagulum coadunare, & cafes optimo facere docuit. Inde venerunt in Gallias ad Fonti claustrum ordinis Gisterciensis, ubi foror locavit fratrem pro mulfore vaccarum, & probatus inventus est in optimis cafeis faciendis. Hinc monasterii fratrem conversum factum foror alloquitur, dicens: Multum, charissime frater, apud dominum meritum acquireremus, quod terram, parenteque dimissimus: sed in hoc speciosissimam remunerationem habebimus, si tuque ad tempus futurum, quo nos invicem in cœlo ad consolationem perpetuam videamus, ad præsens nos, ut nullus nostrum alterum amplius videat, ab invicem fugiverimus. Hoc audito flevit frater, gravius istud dicens omnibus, quæ dimisit: & licet invitatus, imperat animo, & à forore totaliter

ALIA PAUPERTATIS, ET PAUPERUM EXEMPLA. EGENI, PAUPERES QUI.

Uptata P O P U L I.

Totius patrimoni Numidarum census est in equo pernici, quem seminudi, egentissimique homines inmento parant precio: nec mirum, quando vita, & vigilia corum onanis, si bellum desit, in latrocinis, venationibusque consistat. Jovius.

Romani prisici adeo parci fuere, & tenues, ut non minus crimini darent indomitas cupiditates non refrassisse, aut paternam non servasse paupertatem, quam ingentes majorum facultates largitionibus abliguisse. Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 11.

Ostrogothi, qui in Pannonia confidebant, cum propter pacem, quam cum Imperatore Zenone contraxerant, unde prædas agerent, non haberent, ad extremum inopie ærumnarumque pervenerant. Itaque doloris, ac lachrymarum pleni Theodericum regem suum missis publicè legatis Constantinopolim adierunt, se dum ille luxuria apud Imperatorem Græcum diffunderet, extremis angustiis rei familiaris oppressos, & postquam ex Romano prædari agro defissent, ad summam egestatem, & rerum omnium difficultatem adductos esse. Ob eam rem orare illum, atque obtestari, ut res suas aliquando respicere, & gentis suæ rationem habere vellet, ne injussu ejus duris sibi consulere, atque alias propter penuriam sedes quærere cogerentur. Theodericus eorum precibus obsequutus, in Mœsiam reversus, bellum Zenoni movit. Zenone, ne præferocis juvenis animum in sui perniciem incitaret, comiter illum ad se per literas advocavit. Paruit voluntati ejus Theodericus, & rationem tam subita defectiois reddere iustus, se paupertate, penurique suorum adductum ad extrema descendisse consilia dixit: venia petita, ut rebus consulere fuis, oravit. Exigente inde Zenone, qua tandem ratione ærumnas levare illius, ac miserias posset: Italia terra est, inquit, quæ nunc ab Odoacre Herulorum rege injussu tuocinetur: perimite, me ad eam occupandam cum mea omni gente contendere. Zenonigitur, ut Illyricum insecta Gothorum multitudine exoneraret, Italiam ei, quemadmodum inquit Paulus Diaconus, per pragmaticum tradidit, ac sacro velamine capiti impoſito, confirmavit, & senatum, populumque Romanum cum ipsa urbe, ac tota Italia præcipue commendavit. Itaque ingenti exercitu Italiam invasit, Odoacrem primò ad Sontium amnem prope Aquilejam, inde ad Veronam, tercio ad Abduam vicit: Ticini ab eodem obfessus, mox eundem Ravennæ magna obſidione ad Imperii communionem adegit: inde ad convivium invitatum cum filio, & primoribus perfidè interfecit. Sigon. lib. 16. Imp. Ita.

Campeſtres melius Scythæ, Quorum plauſtra vagas vitæ trabunt domos, Vivunt & rigidi Getæ: Immetata quibus jugera liberaſ Fruges, & Cereem ferunt. Nec cultura placet longior annua: Defunſtumque laboribus Æquali recreat foris vicarius. Hor. lib. 4. Carm. F A M I L I Æ.

Sextedim eodem tempore Ælii Romæ ferunt, quibus una domuncula fuit eodem loci, quo nunc sunt Marijane monumenta: & unus in agro Vegenſe fundus, minus multo cultus desiderans, quam dominos habebat: inque maximo circo Flamini spectaculi locus. Quæ quidem loca ob virtutem publicè donata possidebant. Eadem gens nullum ante serupulum argenti habuit, quem L. Paulus Perſe rege devicto, Q. Ælio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret. L. Paulus Æmilius, qui bis consul fuerat, bis triumphaverat, filium ei nuptui dedit, cujus pecunia tam juvenos penates videbat. Val. Maxim. lib. 4. cap. 4. & Plut. in Æmilio. Plin. lib. 24. cap. 11.

APOSTOLI PATRIARCHÆ VET. TESTAM. Require ſuprà inter Exempla. S. Script. MONACHI, EREMITÆ. Ex Tit. Monachorum, hic non pauca. Hilarion tametsi penè nihil esset, cum tamen nihil appetere, nihil dearat. Inſerretori Sicilia angulo manens successivis temporibus ligna colligebat, quibus venditis vitam sustentaret: ac demum mereretur audire, Labores manuum tuarum

totaliter separatur. Illa autem ad novem milliaria in villam, A quæ dicitur Lapon, ibidem mansura fecellit, domumculamque parvam habens quasi auarum turgurium, solo manuum labore vivebat: donum, vel elemosynam alicujus accipere, nec cogi poterat, nec rogari. Cum ceteris pauperibus in Augusto spicas colligere recubabat, fed extrema cum porcis, quæ evaserant diripientium manus, rarissima colligebat. Vix aliud frustatrum habebat membris, & caput jacens humeris aquatum. Cibum, & potum incumbens calloſis genibus capiebat: hoc idem, & in prolixissimis orationibus faciebat. In precibus multoties ita sensibus abstracta erat, ut nec coruscationes adverteret, nec tonitrua audiret.

S. Alexius nobilis Romanus sub Honorio Principe, clam patre Euphemiano in Syriam abiens, in tantum adamavit paupertatem, ut gauderet se à servis patris, qui ad quærendum cum missi fuerant, non agnitum fuisse, & elemosynam donatum. Ex his, quæ emendicabat, in diem vivens, quicquid superaret, alius impetiebat, nihil sollicitus in crastinum. Tali vita tenore cum septemdecim annis in Syria peregrisset, tandem proditus Romam rediit, & majoris etiam in paupertate constantiæ exemplum domi, quam foris dedit. In B patris enim adibus pro mendico susceptus, nec ulli cognitus, nec ipse se prodens, totidem peregrit annos. Mortuus postremò indicavit, quod vivens celaverat: relicto brevi chirographo, quo quis esset, quidve egisset, descriptum continebatur, ut tunc demum se manifestum facerent, cum pro temporalis inopia divitias effe receptorum sempiternas, & patri adhuc orbitatem suam lugenti, causam præberet consolationis, & nobis materiam imitationis. Metaph. in ejus vita, apud Sur. tom. 4.

Decubuit aliquando venerabilis, & Deo dilecta Catharina Virgo, & vidua S. Birgitta filia, Romæ gravi morbo correpta, petique ab ejus matre eam invensid copiam, quidam nobilis Baro, Ludovicus nomine. Erubuit verò familia, quod vir tantus ad eam in vili lectulo jacentem esset accessurus. Erat istud lectulus stramineus: ac caput cervical exiguum: portò opetimentum vestitum confutum, ac nullius penè pretii. Sed Dominus Jesus, qui sua inopia fervorum suorum voluntariam paupertatem maxime illustrem reddidit, non desuit sponte suâ. Cum enim potens ille, & opulentus vir multis stipatus ad eam accessisset, videbatur ei lectulus illius aureo, & C purpureo tectus opetimento. Stupens igitur dixit famulus suis: Hæc domina pauperes ab omnibus putantur: nam sæpe ob res necessarias emendas pecuniam mutuo accipiunt. Præter illis tantè pretii purpuram, tantumque apparatus, quæ illic videmus, detrahete, quàm præsumimus. In vita ejus c. 12. apud Sur. tom. 2. Mart. 22.

Florentino civi pauperi complures erant filiz jam nubiles, natu grandes. Is Antonii Archiep. Florentini monitis, ad Annunciatæ templum, in Urbe, atque adeo tota in Italia celebratum, petiturum opem filiarum Deipara Virgine, ante lucem perurumque properabat. Dum quotidianus in officio duraret, duos forte captos luminibus, in vestibulo enim templi, ac pro foribus de more, ademptis templum petitori stipem accubant) de quatuor pluriquam maximo colloquebant (dum se latere putant) audiit, uter majora lucra reportasset. Cum vero alter in capſo afutos filii esse ducentos nummos aureos, alter in galero trecentos affirmaret, bonus ille vir, utroque atrepto, ad Antonium statim convolvit. Is illicò advocatos cæcos, ut mendaces, ac fures increpavit: quod inopes fe esse simulantes, eis D pecunias egentioribus abſtulissent: non posse tunc eam summam retinere. Ita factum est, ut tota, conscientibus cæcis, ad præſulis arbitrium causa verteretur: qui viginti, & quinque uni triginta alteri nummos aureos: quod erat reliquum, pauperi civi ad filiarum dotes fidelis dispensator assignavit. Vincen. Mainard. in vita ejus, apud Sur. tom. 2. Mart. 2.

S. Hieronymus de paupere, & aspero Pauli Eremitæ vestitu quoties verba faciebat, toties in hanc vocem erupisse commemoratur: Si Dominus mihi optionem daret, multo magis eligerem tunicam Pauli (quam ipse ex palmæ foliis sibi contextuerat) cum suis meritis quam Regum purpuram cum suis pecunis. Colligitur ex eodem, in vita Pauli. Gravissimum paupertatis onus, non fori modò, sed hilari etiam animo, multum Lyduvina: adeo ut quibusdam ejus penuriam reprehendentibus, responderet: Satis abundat, quico, quod habet, contentus est: & si mihi cum hominibus communer non sunt divitiæ, & delicias, tunc tamen cum multis communis paupertas, & miseria: quibus ego abundans, Deo gratias ago, & conquiesco. Fr. Joa. Burgman, in vita Lippel. tom. 2.

quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Detestatur il-
A los, qui infidelitatem quandam præ se ferre videbantur, victu
providentes in futurum: quasi quicquam deesse possit Deo
servientibus, cum nequam saculo servientibus non desit. Spi-
ritum Domino redditurus, jam octogenarius, ad Helychium
discipulum suum scripsit in hæc verba: Divitiarum mearum
hæres esto. Hæ autem sunt, Evangelium, tunica fæcæ, cucu-
la, & palliolium. *Marul. lib. 1. c. 8. ex D. Hieron.*

Minorum Pater Franciscus, Joannis Bonimantui, qui in
Italia eremiticam vitam profitebatur, auctoritate persuasus,
nudus nudum Christum sequi voluit. Romam profectus, cum
pauperculo cuidam occurrisset, suas cum illius vestibus per-
mutavit. Quibus indutus, mendicantium turbæ se conjunxit,
& cum ipsis die illo confedit, cum ipsis mendicavit, ipsis sese
exaquari concupivit. A patre, cujus pietatem in furorem ver-
terat avaritia, manum sibi iniici, injuriamque irrogari a quanti-
miter tulit, atque eidem, quicquid sibi reliquum, vel pecu-
niæ ex mercibus, vel tegumentis fuit, lubenter restituit. Simul-
que abdicacione impetrata, & nudus, & lætus abiit. Exinde
vili titulo contentus, nudisque incedens pedibus, verbum

B Dei disseminare cepit, sanctorum Apostolorum vitam ag-
gressus fingere, sicuti nuditate, ita prædicandi cura. Victu
quam tenuissimum utebatur: & tamen vinci se debebat, si quis
ipso pauperior apparuisset. Paupertatem Dominam suam vo-
cabat, se non in modo pauperem constituens, sed etiam pauper-
rum servum. *Marul. lib. 1. cap. 8.*

Antonius Ægyptius a patre in magnis opibus relictus, bo-
na, quæ acceptat, pro Christi nomine disperit: monacho-
rumque multorum rector, in tanta rerum inopia decessit, ut
testamento nihil præter meliorem, palliumque Athanasio, Se-
rapioni alteram meliorem: & discipulis, qui cum sepeliverunt,
clicium reliquerit. *Fulgos. lib. 4. c. 4.*

PONTIFICES, EPISCOPI.

Alexander Pifis creatus Pontifex, jam grandævus deplora-
bat fortem suam: quod dives Episcopus, pauper Cardinalis,
mendicus esset Pontifex. Vix anno impleto mortuus est Bo-
no. *Cranzius lib. 9. Metrop. c. 1.*

Joannes Medicus Cardinalis, dum Romæ patria exulans,
magnifico vite splendore, & immensis sumptibus existimatio-
nem (cujus cura in exule debet esse potissima) mirifice su-
C flentat: sæpè accidit, ut in mediis conviviis apparatus
obsonatorum pecunia deficeret. Et quoniam à nimia liberali-
tate exulans fides ubique suspecta redderetur, necesse ali-
quando fuit, exposita in ornatu abaci argentea pocula, in
macellis, & foro piscario reliquisse. Hæc ingentis, & regii
spiritus virum, principaque vite deditum vehementer age-
bant, quod aut remittenda foret splendidioris vite consuetudo,
unde nonnisi famam abundè tueretur, aut creditoribus
tam benigne de se meritis omnino decoquendum. Verum tanta
erat è vultu semper lato præsentis inopie dissimulatio, &
aperta contemptio, ut certos cum semper crederes è cœlo
proventus expectare, quibus omnino præstanti fide debita
pecunia solverentur. Et certe forte fortuna, quæ si summum
in terris imperium sub Leonis X. nomine struebat, ejus ege-
statem miris, ac inexpectatis subsidiis læpissimè sublevavit.
Cum verò à frugum monitoribus aliquando reprehenderetur,
dicere solebat, insignes viros coalescere forte fieri magnos, præ-
terea nihil eis unquam posse deficere, nisi ipsi animis omnino
deficeret. *Jovius in Leone X. l. 2.*

D * RÈGES, PRINCIPES, VIRI DOMI,
MILLIÈQUE PRÆCLARI.
Qui ad summam paupertatem devenere.
Phocion fortissimus Atheniensium Dux, cum Alexander ei
mitteret centum talenta, interrogavit: Quam ob causam hæc
mihi donat? Qui cum responderent, quoniam te solum ex
omnibus Atheniensibus bonum, honestumque virum judicari.
Sinat igitur inquit, me talem esse.

Pelopidas, cum objurgarent eum amici, quod pecuniaræ
rei ad vitam tuendam conferentes, nullam curam gereret: Er,
inquit, me hercule utilis est; verum huic Nicomedi, intento
digito in hominem quandam claudum, & mutilum.
Scipio quinquaginta quatuor annorum spatium emensus,
neque emitt, neque vendidit quequam. Adeo paucis fuerat
contentus. Cum autem quidam ei scutum eleganter appa-
rum offlenderet, dixisse fertur: Atqui Romanum civem par
est in dextra ipem ponere, non in sinistra.
Ephialtes Sophonidæ filius pauperimus fuit, tamen cum
amici decem talenta ipsi dono darent, non accepit: Hæc in-

quens, me cogere, siquidem reverenter vos haberem, ali-
quid præter jus concedere; sin minus vos observarem, ingra-
tum videri.

Epinonondas etiam pauper erat. Cum autem Jason 50. ta-
lenta auri ei mitteret: Injuriam, inquit, mihi facis. Sed 50.
drachmas à cive mutatas, ut essent pro viatico, profectus est
in Peloponnesum. Cum verò nuntium allatum esset: fatelli-
tem ejus pecuniam à captivis accepisse: Mihi, inquit, a factu-
tum, tu verò tibi capponam eme, in qua vivas, non enim ul-
terius pericula audire voles, cum dives sis factus. *Ælian. l. 11.*
Idem de eodem lib. 5. Epaminondas unam solam habebat ve-
stem, eamque fordiam. Si quando verò eam mississet ad fullo-
nem, ipse se domi continere ob indigentiam alterius cogeba-
tur. His facultatibus præditus, tamen cum sibi Periarum
rex magnam vim auri dono mississet, non accepit. Idem cum
patriam, ut refert Francisc. Patrii. l. 9. de regno, tit. 10. belli-
ca gloria illustrasset, quæ ante eum non victorios, sed cla-
dibus insignis erat: adeo pecuniarum contemptor fuit; ut
sumptus etiam funeris ei deficeret, nisi publica pecunia sup-
pedicaretur.

F Alcibiades ambitione quadam munificus, complura, ma-
gnaque munera Socrati dono misit. Sed recipere noluit. *Idem*
Ælian. lib. 9.

Fabritius cœnabat lætus sibilibus suis.
Serranus agreffus menia. Qui tamen & quales, tum cives,
tum Imperatores.

Attilius, & Cincinnatus ab aratro ad fumos magistratus
vocati sunt.

Attilio Regulo fortissimum viru exiguus fundus satis fuit.
Emilius Scaurus, Romani Senatus sua ætate princeps, in
parva pecunia claruit.

Emilius sexdecim uno tempore unam domunculam fuisse,
& fundum unum apud Valerium legitimus.

Pauli, qui Perseum duxit ante triumphum, tam exilis cen-
sus fuit, ut post mortuum satis non esset ad uxoris dotem red-
hibendam.

Cn. Scipionis filia ex publico dotata est.
Quid? Quod Publico Scipioni funus de publico exsolu-
tum, ob rei familiaris angustias.

Menio item Agrippæ iusta à populo facta, collatis in ca-
pita sextantibus.

Valerio Publico mortuo funebri lectus, & rogus defuit
dicitur. *Jo. Jovian. Pont. an. lib. posterior. de Fortitud. G*

Agrippa, vir tanti nominis, ac dignitatis apud Roma-
nos, cum decessisset, præ inopia, publica etiam impensa
clatus est.

Et Mummius, qui Achajam vicit, & Corinthum everit,
omnemque Italiam tabulis, ac lignis implevis in tanta inopia
decessit, ut facta rerum omnium auctione, integram familiam do-
tum non reliquerit. *Franc. Patrii. lib. 9. de regno, tit. 11.*

Plautus Comicorum Poetarum facillimus, propter an-
nonæ difficultatem, ad molas manuaris pistoris se locavit: &
ibi quoties ab opere vacaret, scribere fabulas, & vendere con-
suevit. Cassius quoque Severus, Orator egregius, cum annis
quinque, & viginti exulasset, in summa inopia diem obiit, vix
panno verna contextus.

Amianus quoque Marcellinus scribit, Persei Regis
legitimum filium, post ad versa fortune calamitatem, artem
ferrariam, ob quaerendum victum, exercuisse. *Idem l. 3. de*
Repub. tit. 1.

Otho Sylvius aris alieni magnitudine coactus sub Nerone
Imperium inavit. *Suetonius.*

Calojoannes Imp. Græcorum pauperimus, auxiliares co-
pias adversus crescentem Amuratis potentiam sibi paraturus,
Venetias jvit; & inde Galliz regem Carolum Sapientem
accessit. Verum re infecta, cum Venetias redisset, non potuit
ufuras fortis illius pecuniam, quam à Venetis mercatoribus
mutuo acceperat, solvere. Hinc coniectus fuit in carcerem,
donec ab Emanuele filio natu minore collecta pecunia redi-
meretur. *Sab. lib. 5. Dec. 2.*

Michael Palæologus regno potitus, tres tantum aureos do-
mi habuit. *Pachymerus.*

Exorta rebellione Vandalorum sub principe Mistivojo, us-
que adeo à Vandalis exterminata est gens Saxonum cum fide
Christi, ut omni ditione, quam Theodoricus Marchio Bran-
deburgensis tenebat lastima, exutus ad præbendam vixerit
Magdeburgi. *Cranzius l. 4. Vandal. c. 37.*

Ladislaus II. Ungariz rex, in eas angustias rei familiaris
pervenit, ut interdum mensæ, quod apponeretur, vix ha-
beret. *Jo. Sambucus in Appendice Bonifacii.*

Regi Ungariæ Uladislo, qui per aliquot annos absque mili-
tari gloria regnum administrarat, Ludovicus unicus filius
succesit juvenis haud admotum ingeniosus, atque ob at-
tatem adhuc reum imperiosus. Hunc regni principes, atque
præsules expandum sibi propulerunt, adeo ut nihil ipse
præter regium nomen possideret: id quod in causa exitit,
quo minus colligi exercitus contra Turcas Belgradum ann.
1521. aggressurus illico potuerit, præsertim principibus au-
xilia pollicentibus tantum, nihil autem reipsa præstanti-
bus. Itaque Solymanus nullo impediante, subterraneis,
cuniculis, æreis machinis, paucis è suis amissis Belgradum
expugnavit: quod non tantum Ungariæ, sed totius
Christianitatis propugnaculum erat. *Jovius in vita Soly-
mani.*

DUCES BELLICI.

Legimus, Thebanum Epaminondam, de quo paulo
ante, tot victoriis clarum Imperatorem, divitiarum abstinenti-
ssimum, unica veste contentum fuisse: quam si quando ve-
tustate detritam refarcire opus foret, domi clauso se teneret.
Eum Thebani publica impensa, & ære collocato ob inopiam
B extulerunt. *Plut. in Epamin.*

Lisandro Lacedæmonio, qui Athenas subegit, sublato,
cognita est domestica paupertas. Generos, qui defuncti filias ob
inopiam repudiaverat, acerbe condemnarunt Spartani, quod
vivum divitem arbitrari coluissent, defuncti memoriam, ac
sanc justis contemnerent. *Sabell. lib. 2. Ann. 4.*

Ferunt, Aristidem Atheniensem publicè dixisse, posse se ho-
nestius utriusque via inopia gloriari, quam immensis opibus,
quas possideret, Calliam Atheniensem distulim. Complures
inveniri, qui fortunam suam in turpes usus collocarent: qui
paupertatem generos ferrent, perquam paucos esse, & nec
paupertatem cuiquam nisi iniicit esse incommo. Obiit uxo-
que tam pauper, ut domestico sumptu funerari nequiverit.
Ejus filia paterna virtutis causa publico ære sunt matrimonio
locata. *Sab. lib. Ann. 3.* Aristidem in Calliz judicio ajunt dixisse.
Illis crudescendam paupertatem, qui inviti pauperes
sunt: his qui, ut ipse libenter, ex ea gloriantur. Quippe
ridiculum sit, ignavie putare verendam Aristidis inopiam,
cui licebat citra ullam turpiditatem notam, unum spoliandi
C barbarem vel unum tabernaculum occupanti, evadere pecu-
nio. *Plut. in Arist. l. 9. Cat. comparat.* Cum dives quidam
paupertatem ei obiceret, dixit: Mihi quidem nihil adferret
mali paupertas, tibi vero divitia non paucas perturbaciones.
An. Melissa par. 1. serm. 33.

Lamachus Alcibiadis, & Niciz collega in Siciliensi ex-
peditione, erat quidem vir fortis, intergeque, & manu in
certaminibus promptus: sed usque adeo inops, & tenuis,
ut populo Atheniensis, quotiescumque dux esset, exiguum
pecunio in vestem, & crepidas expensum ferret. *Plut. in*
Nicia.

Paupertate Phocion, cujus etiam ante meminimus, ut vir-
tute gloriabatur: in qua licet toties dux Atheniensium fuisset,
& regnum usus amicitia, consenuit. *Plut. in Phocione.*

D Romanis amictu ducibus sic scribit Claudianus in 4.
Honorii consulari:

Pauper erat CURTUS, reges cum vinearet armis.
Pauper FABRICIUS, Pyrrhicum sperneret aurum;
Sordida SERRANUS flexit distator aratra.

L. Quintius Cincinnatus septem jugera agri possedit. Ex
his tria, quæ pro amico ad ararium obligaverat, multæ no-
mine amisit. Penam quoque pro filio Cæfione, quod ad cau-
sam dicendam non occurrisset, hujus agelli redditus solvit. Et
tamen ei quatuor jugera aranti, non solum dignitas patris fa-
miliæ constitit, sed etiam dictatura, delata est. Anguste ha-
bitare nunc putatur, cujus domus tantum patet, quantum
Cinnati rura patuerunt. *Val. lib. 4. c. 4.*

L. Paulus Æmilius adeo inops decessit, ut nisi fundus, quem
unum reliquerat, venisset, uxor ejus dotem unde reciperet,
non existisset. *Plut. in ejus vita.*

NOBILES.

Colonus Mycenæus, cui fuerat Electra data in uxorem, ab
Ægyptio apud Eurip. in Electra de seipso inquit:

Αυτοπι γὰρ εἶς γένος γὰ, χαρῆς τῆς ἡδὴ
ἀπορίας ἴδωσι ἢ ὑπὸν ἢ ἀποδύναται.

Clari quidem natalibus, at opum indigi fumus: unde generis
splendor perit.

PHILOSOPHI.

Anaxagoras Clazomenius, qui sæpe dicebat, Nemo si-
mul virtutes, & divitias possidere potest: amplum patrimo-
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

nium suis spontè concessit, pauperque studiis adhaesit. *Laer-
tius.*

Democritus Abderites, nihil præter ingenium possedit: vel
quia noluit, vel quia non debuit. *Sab. lib. 8. c. 5.*

Socrates pauper semper fuit pedibus nudis incedens, sordi-
do palliolo contentus. *Laert.*

Plato philosophus solum in Academia tenuit hortum, qui
pars minima fuit eorum, qui illi succederent. Hortus enim
tres aureos nummos pendebat: omnis autem proventus post
mille, aut paulo plurium fuit. *Suidas.*

Diogenes Cynicus solitus est joco dicere, sibi tragicas ex-
erationes contigisse, quod esset abieris, ἀποδύς, ἀπαρτῆς, πτωχός,
ἀδυνατός, ἢ ἡμιορῶντος: id est, domo, civitate, patriæque ca-
rens, pauper, & erro. *Laert. lib. 6.* alludens ad locum ali-
quem è tragicodiis. Dolio contra frigora, & calores, co-
que parum integro, fuit contentus: poculum fregit, rutili-
cum cavis manibus potantem intuitus: cætera aspernatus.
Sab. lib. 8. c. 5.

Demonax philosophus (qui floruit Adriano imperante)
nullum unquam sibi vitiicum preparavit: sed cum esset uret,
proximam domum, quam apertam videbat, ingrediebatur, &
F victum ibi quaeribat, Centenario decessit, elatus publico
sumptu. *Volat. lib. 14. Anthrop.*

Epictetus philosophus patria Hieropolitana, quam pauper
fuit, tam diis, & philosophiæ amicus.

JURECONSULTI.

Felix, & gloriosa fuit pauperis Massurii Sabini Ju-
risconsulti, qui bonorum tenuitate pressus, non ha-
buit unde viveret, ni discipulorum ope fuisset adutus.
Auctor est Pomponius in lege secunda, Digestis de Origine
juris.

MEDICI.

Nicolai V. Pontificis pater Medicus fuit Sarzani ca pauper-
tate, ut uxor ova vendendo lucrum facere cogere. *Hie-
ron. Carimbertus lib. 2. de Vitis Pontificum.*

GRAMMATICI, RHETORES,

POETÆ.

Hiero cum vituperaretur, quod cum multis rhetores, &
sophistas fecisset, qui ex arte quaestum perciperent amplissi-
mum, ipse egeret: Atqui, inquit, non docui eos dicitere, ne-
G que studere pecuniz. *Maximus. serm. 12.*

Archestratus Syracusanus, poeta extrema paupertatis,
ideoque minus nobilis. Huic quidam dixisse fertur: Si cum
Alexandro fuisses, Archestrate, tui jusque carminis prem-
ium Cyprum, aut Phœnicem tulisses.

Plato Pisandoro scribit, illum Arcadas imitari, quod co-
medias à se conscriptas aliis edendas traderet ob inopiam.
Erasmus in Adagiis.

Julius Phrygius natione Hispanus, vel, ut alii volunt, Al-
xandrinus, à Cæsare Romam ductus, studiosè, & avidè imita-
tus est Cornelium Alexandrum grammaticum Græcum, fa-
miliaris Claudio Licinio historico: qui eum admodum pau-
perem discessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixerit, su-
stentasse. *Suetonius apud Volat. lib. 16. Anthrop.*

Codr poeta pauperimus, & Proculæ ejusdem uxoris, pau-
peratem sic describit Juvenalis Satyra 3.

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex
Ornamentum abaci, nec non l. parvulus infra
Cantibus, l. recubans sub eodem marmore Chiron:
Famque vetus Græcos servabat cisti libellos;

Et divina opici rodebant carmina mures.
Nihil habuit Codrus: quis enim negat? l. tamen illud
Perdidit infelix totum nihil. Ultimus autem
Ærumme cumulus, quod nudum, l. frustra rogantem,
Nemo cibo, nemo spatio, tectoque juvabat.

M. Val. Martialis poeta, & epigrammatum scriptor, re-
lecta Roma, ubi annos triginta commoratus erat, & rever-
tens in Hispaniam, tam pauper fuit, ut Plinii viatico sit
adutus. Plinius Nepos in Epistola. Ipse sic de seipso. *lib. 5.*
Epigram.

Sum fateor, semperque fui, Callistrate pauper,
Sed non obscurus, nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens: l. dicitur, hic est.

Quoque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columinis,
Et libertinas arca flagellat opes:

Magnas Nilivæ servit tibi gleba Syenes,
Tondet l. innumeros Gallica Parma greges.
Hoc ego, tuque sumus. Sed quod sum, non potes esse:
Tu quod es, è populo quilibet esse potest:

De Mavio, idem lib. 10. Epigrammatum sic scribit:
 Hoc fortuna tibi videtur equum!
 Civis non Syriave, Partibere.
 Nec de Cappadocis equis catallus,
 Sed de plebe Remi, Numaque vetera.
 Jucundus, probus, innocens, amicus,
 Lingua doctas utraque curus unum est,
 Sed magnum vitium, quod est poeta,
 Pullo Mavio alget in cucullo:
 Cocco multo fulget incitatus?
 Lactantius, vir suo tempore eloquentissimus, adeo pauper
 in hac vita fuit, ut plerumque necessarius indigeret.
 Theodorus Gaza, Theſſalonicenſis, utroque eloquio clarif-
 ſimus, cum Romam venisset, maxima ibi paupertate vixit.
 Andronicus Theſſalonicenſis in Græca diſciplina poſt
 Theodorum Gazam ſecundum, Romæ apud Cardinalem Ni-
 cenum vivens, maximo emolumento docens: ſed, ſicuti ple-
 rique ejus generis alii, coactus eſt egeſtate urbem deſerere:
Volat. lib. 12. Anthrop.

AGRICOLÆ.

Aglæus Pſophidius, Arcadum pauperimus, ætate jam
 ſenior, terras agelli ſuiniquam exceſſerat: contentus ta-
 men forte ſua feliciffimus erat. Nam poſtquam Gyges re-
 gis paſtor, annuli beneficio trucidato Lydorum rege, &
 ejus uxorem compreſſiſſet, & ita ad regiam majeſtatem per-
 veniſſet: conſuluit oraculum, an quiffiam ſe eſſet felicior?
 Cui Deus, Aglæus Pſophidius, reſpondit. *Val. lib. 7. c. 1. 19*
Plinius.

PICTORES.

Paufon pictor fuit, inſigni tenuitate. Hinc apud Ariſtoph.
 in Pluto, cum Penia exclamaſſet, *ὁ πόρος ἔργου καὶ τῆς ζωῆς*
 id eſt, O urbs Argos, quod ait auri, reſponderet Chremylus,
καὶ ἡ βροχὴ τῆς ζωῆς, id eſt, Pauſonem adhibe tibi con-
 vivam. *Eraſmus in Adagio.*
 Apelli, & morbum, & inopiam diſſimulanti, candidus
 amicus ſurtim ſub cervicale pondus auri ſubmiſit. *Eraſmus*
in Adag.

PISCATORES.

Acoteles paupertatem ſuam apud Ovid. lib. 3. *Metamorph.*
 his verbis exprimit:

*Patria Meonia eſt, humili de plebe parentes.
 Non mihi, quæ duri colerent pater arva juvenici,
 Lanigeræque greges, non ulla armenta reliquit:
 Pauper & ipſe fuit, limoſque ſolebat, & hamis
 Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
 Meneotes Arcas occidit à Turno, cujus paupertatem de-
 ſcribit. *Virg. lib. 12. Æneidos.**

*— piſcoſæ cui circum flumina Lerne
 Ars fuerat, pauperæ domus, nec nota parentum
 Munera, conductæque pater tellure ſerebat.*

IUSTI.

Ephialtes, cum dux ei paupertatem exprobraret: Cur non
 inquit, etiam alterum dicis, quod juſtitiam colam?
Ælianus lib. 13. de var. hiſt.

SUPERBI.

Θαυρίωνος ὑψηλότης, καὶ ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης, Theagenis, & Æſchinis pec-
 unia, in proverbium abiit, de pauperibus, qui ſe divites
 eſſe jactarent. *Suidas.*

D Salacon, ut auctor eſt *Suidas,* cum pauper eſſet, ſe divitem
 ſimulabat. A quo ſuperbi, Salacones denominati, & *σαλακωνί-
 οίον*, divitiis ſimulatis ſuperbire.

A Martialis ridetur Cinna, quod cum pauper eſſet, pauper
 videri vellet. Pauper eſt Cinna, & vult videri pauper.

LATRONES.

Telephus latronum Boemorum princeps, cum ſuperiorem
 Ungariam cum Joanne Giſſera latrociniiſ inſeſtaret, à Mat-
 thia Corvino Ungaria rege fuſus, & fugatus, in Boemiam
 reverſus eſt. Sed cum datam fidem nemini ſervaret, eò miſe-
 riarum redactus eſt, ut in ſoro ſportulam circumferret, & vix
 quandoque obolum haberet, quoad popinas paululum carnis
 emeret. *Bonfinius lib. 10. Dec. 3.*

SENES.

Hecale anus pauperiſſima ob Theſcum hoſpitiu ſuſceptum
 inclauit. *Ovid. lib. 2. de Remed. am.*
*Cui nemo eſt Hecalen, nulla eſt, quæ novæſt Irum?
 Neque quod alter egeat, altera pauper erat.*
 Baucius mulier, & Philemon ejus maritus, in maxima pau-
 pertate conſueverunt. *Ovid. lib. 8. Metam.*

**PAUPERIATIS ARGUMENTA, ET NOTÆ
 DESUMPTÆ AB OPUM USU.**

PAUPERES IN BELLO, STIPENDIIS PERSOLVENDIS.

*Conſule Tit. Inopiam ſuorum diſſimulare. Item Aduſ in
 parandis ſtipendiis. Item, ad inopiam hoſtes redigere.*

In Philopenemem Achazorum ducem, qui multos habe-
 ret equites, & armatos, ſed pecuniarum indigus, T. Flami-
 nius ſic ludebat: Philopenem, iniquus, manus habet, &
 crura, ventrem non habet. Ac tali quidem ſpecie corporis
 erat Philopenem. Quiritius autem equites, ac pedites arma-
 tos, & manus, & crura ducis appellat: ſed quoniam non ha-
 bebatur, quo aſſeret militem, negabat illum habere ventrem,
Plut. in Rom. apoph.

Quando M. Antonius contra Octavianum Caſarem movit,
 impetratus adhuc erat Caſar. Etenim multa deſiciebant eum,
 & homines pungebant pecunie exactiones. Compulſi enim
 alii quartam partem fructuum, libertini ipſarum poſſeſſionum
 octavam partem pendere, detredabant ei. Unde tumultu-
 totam occupavit Italiam. Quare numerat in maximis An-
 tonii peccatis belli proſtrationem. Quippe inſtruediſſe
 Caſari ſpatium dedit, & tumultum ſedandi hominum. Nam
 qui exacerabantur: dum exprimentur nummi, expreſſis, &
 illatis conqueſcebant. *Plut. in Antonio.*

Baldunus Imp. ab Imperatore Exagoranum Pontico,
 & Jo. Laſcari Adrianopolitano Imp. obſeſſus Conſtanti-
 nopolim (ut Cuſpianus, & Egnatius volunt) vel certe
 (quod Emilio placet) ut ſocerum ſuum Joannem regem Hie-
 roſolymitanum re- numeraria bellumque Græcum juvaret:
 cum aliter pecuniam à mercatoribus conſequi nequeſſet plumbum
 adibus publicis, & baſilicarum culminibus detractum
 Venetiſ obſidem dedit, ut opem afferrent, quam ſolam
 poterant. Veneti miſſa 25. tritremium claſſe, urbem ob-
 ſidione liberarunt. *Egnatius lib. 7. c. 6. Emilioſ lib. 7. Blondus*
lib. 7. Dec. 2.

Maximilianus I. gemina affectus injuria à Carolo IX. Gal-
 lorum rege, quod filiam Margaritam repudiaviſſet, & Annam
 Britannicam ſibi pactam eſſeſſet, Henricum VII. Anglo-
 rum regem Britannorum nomine in Gallum incitavit: ipſe
 verò cum propter inopiam, prout promiſſerat, belli ſocius eſſe
 non poſſet, injuriam tantam ferre cotraſſus fuit, quam ulcendi
 nequibat. *Polyd. lib. 26.*

Domo, & habitatio. Aedes conductitiæ, non proprie.
L. Corn. Sylla non amplo innutritus patrimonio, ubi ado-
 leſcit, in conducto habitavit, hæud magna penſione *ὀνομαſτῆρος*
 produnt. Itaque poſt, ad jaſtantiæ ſc, & gloriæ tantæ ab
 expeditione Africana, fama tenet, bonum, & probum virum
 diſſiſe: Qui poſſiſtu probus eſſe, qui cum nihil à patre ac-
 ceperis, nunc poſſideas adeo multa? Inde cum eſſet rerum
 potius, & multos interimeret: quidam libertinus, qui dice-
 batur unum proſcriptorum occultare, atque ideo erat de ſaxo
 præcipitandus, improperavit Syllæ, quod diu una in domo
 cœnacularia habitaviſſet, ac pependiſſet ipſe mercedem ſu-
 perioris ædificii duo millia numerorum ſeſtertiorum, inferioris
 verò ille tria millia, ut intereſſet inter utriuſque fortunam
 mille numerorum, qui drachmiſ Atticis valent ducentis quin-
 quaginta. *Plutarchus in Sylla.*

Veſtibus parandis.

Andronicus ſenior Imp. in ordine redactus ab Andronico
 juniore nepote, cum hyemis rigorem ſerre non poſſet, vulpi-
 nam ſibi nocturnam veſtem fieri juſſit. Cæterum cum nummi
 deſſent, quidâ e veteribus ejus amicis adductus miſericordia,
 tribus illam aureis redemit, mori præoptans, quod in ſe eſſet,
 quam alienarum calamitatum ſpectator eſſet. *Gregoras lib. 9.*

Medicamentis comparandis.

Andronicus ſenior Imp. à nepote captus, cum illi frigida
 potum medici interdicerent, ille verò vini potum repudiaviſſet:
 vix uno aureo, cogne mutavit, partem aliquam dulcium li-
 quorum emi, qui ex Ægypto, & Arabia advenerunt, ut his
 frigida potum temperaret, quæ levaret. Interea dum quidam
 veterum domeſticatorum accedit, longi morbi breves querens
 ſolatiu: Andronicus cum nihil haberet, quo hominem con-
 ſolaretur, & huic dari juſſit ſue inſirmitatis cauſa paratum
 remediu. Tanta ejus erat humanitas, & commiſeratio erga
 malè habentes. *Gregoras lib. 9.*

Veneris.

Titus Minucius eques Romanus, cum non haberet, unde
 ſervam

A ſervam amatam redimere, ſepeem talenta Attica mutuo ac-
 cepit, die perſolvendo pretio conſtituta. Illa ubi adveniſſet,
 & ipſe nondum eſſet ſolvendo, & aliquoties ſpatium ſolu-
 tionis protraxiſſet, tandem cum ſervis conſpiravit, ſequere-
 conſtituens, creditores virgis caſos ſecuri perculliſſi.
Diod. lib. 36.

Mercede perſolvenda.

D. Hilarion famam fugiens, & Lybia aſcendit claſſem, que
 in Siciliam navigabat. Cumque venudato Evangeliorum
 codice, quem manu ſua adoleſcens ſcripſerat, dare nauticum
 diſponeret, in medio ſermè Adriæ, naucleri filius arreptus à
 clamore clamare cœpit, & dicere: Hilarion ſerve Dei, cur no-
 bis per te, & in pelago tutos eſſe non licet? Da mihi ſpatium,
 donec ad terram veniam, ne hic ejectionis præcipiter in abyſſum.
 Cui ille: Si Deus meus, ait, tibi concedit ut maneat, mane ſin
 autem ille te eicit, quid mihi invidiam facis, homini peccatori
 atque mendico? Hoc autem dicebat, ne nauca & negotiatores,
 qui in navis erant, ſe, cum ad terram perveniſſent, proderent.
 Nec multo poſt purgatus eſt puer, patre fidem dante, & cæ-
 teris, qui aderant, nulli ſe ſuper ejus nomine locuturos. In-
 greſſus autem Pachynum promontocium Siciliæ, obtulit nau-
 clero evangelium pro ſubvectione ſua, & Gazani comitis.
B Qui nolens accipere, maxime cum videret illos, excepto illo
 codice, & his, quibus veſtiti erant, amplius nihil habere, ad
 extremum jurat ſe non accepturum. Sed & ſenex accenſus fi-
 ducia pauperis conſcientie, in eo magis letabatur, & quod ni-
 hil haberet factu, & ab accolis illius loci mendicis putaretur.
Hieron. in vita Hilarionis.

Dotè danda.

Homerus incertus ob paupertatem quomodo, cuive filiam
 elocaret, dotem genero Cypria carmina dedit. *Pindarus apud*
Ælianum lib. 9. de varia hiſtoria.

Appius Claudius Augur, pauper cum duobus fratribus, &
 totidem ſororibus relictis, alteram ſine dote dedit Lucullo,
 à quo hæreditate ceſſa primum, & primum nullum domi ſuz
 bibere capit: ipſe cum interea nihilominus penè quotidie in
 convivio omnibus daret muſtum. *Varro lib. 3. de Re ruſtica.*

Cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania Senatuſ
 ſcripſiſſet, petens ut ſibi ſuccellor mitteretur, quia filiam
 virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei ſine ſede ex-
 patri poſſet: Senatus, ne Reſpublica bono duce careret,
 & patriſ partes deſumpſit: conſilioque uxoris ac propinquo-
 rum Scipionis conſtituta dote, ſummam ejus ex ærario erogavit,
 ac puellam quaſi dedit. Tota dotis modus xl. millia aris
 fuit. *Val. Max. l. 4. c. 4. At Frontinus l. 4. c. 3. id beneficii mor-
 tuo datum ſcribit.*

Idem Senatus Fabricii Lucini filiam ab indotatis nuptiſ li-
 beritate ſua vindicavit: quoniam paterne hæreditati, præter
 optimam gloriam, nihil erat, quod acceptum referret. *Idem.*

L. Æmilius Paulus, cujus rerum geſtarum tabula Romæ
 publicata: & cui devicto Perſe Macedoniæ rege conſeſſum à
 plebe, & ſenatu erat, ut ludis Circenſibus triumphali veſte
 uteretur: ad tantam pervenit paupertatem, ut eò mortuo
 dos filibus, niſi dividendis poſſeſſionibus non potuerit exſol-
 vi. *Plinius de vitis illuſtribus, Plutarchus* patrimonio ſe-
 ptem, & triginta millium, filiis cum reliquiſſet ſcribit, cujus
 partem Scipio in Corneliorum gentem adoptatus fratri habendam
 conceſſit.

M. Val. Levinus, quem Romani conſulem habuerunt, &
 qui Corinthio urbe armis potius eſt, cujus ſpoliis non urbs
 Roma ſolum, ſed pene tota Italia exornata fuit: tam pauca de
 D Corinthi, atque aliarum urbium, quas devicit, præda ſibi reti-
 nuit, ut à Senatu, cum ipſe non haberet, filia ejus de publico
 dotem acceperit. *Fulgoſ, lib. 4. cap. 4.*

Donatus Acciajuſ Florentinus, qui in Ethica commentario
 doctiſſimos edidit, cum in legione diſceſſiſſet, nihil divitiarum
 filio ob paupertatem reliquit: filia verò, ob ejus in
 temp. merita, a re publico nuſſerit. *Volat. lib. 12. Anthrop.*

Mulſa non exſolvenda.

Milciades accusatus proditionis, cauſa cognita, capitis abſo-
 lutus, pecunia tamen mulctatus eſt, lire quinquaginta talentis
 aſſimata. Quam pecuniam cum ſolvere non poſſet, in vincula
 conſectus ibi diem ſuum obiit. Cuius verò filius ejus non antè
 remp. attingit, quam ſumpta à Callia ſororis ſue viro pecunia
 æs paternum diſſolvit, ac recip. ſatiſceſcit. Itaque hic reſpiciens
 Demoſthenes, illud præter cætera objecit Androtioni, quod
 cum pater ejus debitor ærarij & carcere proſuſiſſet, ipſe tamen,
 qui paterna inſamia hæreditatem creviſſet, remp. adminiſtra-
 re audeat. *Sigon. lib. 3. de rep. Athenienſium.*

Demades orator Athenienſis, cum primò ita opibus, & po-

rentia valeret, ut nihil aliud quam Macedonum, & Antipatri
 gratiam in Repub. quaereret, ad tantam paupertatem adductus
 eſt, ut ejectionis civitate (ſepies enim ſali accuſatus erat)
 non habuerit, ut pecuniam, qua illum Athenienſes mulctarant,
 pertolveret. *Plutarchus.*

Ære alieno diſſolvendo.

Hic Deſellum ſolum conſideramus. At ſub Tit. *Perſiæ*
in ære alieno, ipſam Inſolventiam.

Reliquatores apud Juriconſultos dicuntur, qui integrum
 æs alienum cum ſenore non exſolvunt, ſed partem aris alieni,
 & ſenoris debent.

Hefiodi parentes Dius, Ampelidis filius, & Pycimede,
 propter æs alienum Cumas Æolicas relinquere coacti, Aſeram
 Bœotia migrarunt: ubi educatus Hefiodus, Aſeræus poſtea
 cognominatus fuit: quamvis revera Cumæus eſſet. *Cyraldus*
Dialogo 2. Hiſt. poetarum.

Phormio Athenienſis, Eſopichi F. cum & vitæ integritate,
 & majorum ſplendore Athenienſium civis par eſſet, ita
 accidit, ut ære alieno obrutus in Prænitium curiam fece-
 deret. Ubi cum à rep. ſe junctus degeret, eſt ei tamen ab
 Athenienſibus claſſis impertum decretum. At enim Phor-
 mio ſe illud ſuſcepturum negavit, quod apud milites, non-
 dum ære alieno diſſoluto, nihil eſſet auctoritatis habiturus.
 Ergo cum claſſi imperare Athenienſes omnino vellent,
 omnem, quam debuit creditoribus, pecuniam diſſolverunt.
Paufanias in Atticis.

Cleomenes rex Spartanorum æs alienum in emptione præ-
 dii contraxerat. Poſt cum Alexandriæ exulare, & Nicagoras
 ut damnum, qua ratione poſſet, ulciſceretur, ſcribit episto-
 lam regi Ptolemæo pro ſoſibium, & Cleomenem inſimulat,
 quaſi Cyrenas occupare voſſiſſet, ſi naves, & milites ab eo
 accepiſſet. Itaque à rege in amplis adibus conſulſus, cum
 carcerem agere ſerret, eruptione facta cum amicis trede-
 cim, Alexandrinos ad libertatem vocavit. Cæterum nemine
 ſe ſeis adjungente, mutuis tandem vulneribus ſeſe conſe-
 cerunt. *Plut. in Cleomene.*

M. Craſſus, Dives & re, & cognomine fuit. Ad extremum
 tamen eò pervenit miſeria, ut ab occurrentibus dives per jo-
 cum ſalutaretur, cujus hæreditas neque creditoribus ſatis ſe-
 cere poſſet. *Val. lib. 6. cap. 11.*

C. Jul. Caſar cum privatus adhuc in populum profuſus
 ſumptibus eſſet, temporariaque, & brevi videtur gloria im-
 menſas impenſas commutare, cum revera maxima exiguo re-
 dimeret pretio: dicitur præis, quæ eſt uſum magiſtratum
 adeptus, ad trecentis duodecies H. S. habuiſſe æris alieni Poſ-
 quam verò viæ Appiz curator designatus, plurimum de ſuo in
 id muneris impendit, & in adilitate gladiatorum paria viginti,
 & trecenta dedit: ſumptibusque aliis, & proſonibus in ludos,
 pompas, epulas omnium priorum ſuperavit. munificen-
 tiam: uſque adeo movit populum, ut novos magiſtratus, nos
 honores quiſque quaereret, quibus illum remuneraret. Ex
 prætura autem provinciam ſortitus Hiſpaniam, cum res ei di-
 ſſicili in loco cum creditoribus eſſet importunis proſecturo,
 proſibique inceſſentibus ad M. Craſſum conſugit diſſiſſimum
 civitatis: qui, quo reſiſtetur Pompei actionibus, Cæſaris que-
 rebat acrimoniam, & ardorem ſibi adjungere. Atque ubi hic
 creditores in ſe recepiſſet moleſtiſſimos, & durifiſſimos, &
 centies nonagies novies H. S. pro eo interceſſiſſet, tum eſt
 in provinciam proſectus. *Plut. in Cæſare.*

CLAUVIUS, qui poſtea Cajo ſuceſſit in imperio, privatus
 adhuc, ſeſtertium octogies pro introitu novi ſacerdotij co-
 actus impendere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut H
 lege obligatum ærario idem liberare non poſſet, in vacuum
 lege prædiatoria venialis pependerit ſub edicto præfecto-
 rum. *Sueton.*

Equite Romano quodam deſuncto, compertum eſt, il-
 lum tantum habuiſſe aris alieni, ut ſumma ducentes H. S.
 excederet: idque dum viveret, celaverat. Cum igitur res il-
 lius auctioni ſubiſcerentur, ut ex pecunia creditoribus ſatisſice-
 ret: Auguſtus juſſit ſibi emi culcitram illius cubicularum: ac
 mirantibus hoc præceptum: Habenda eſt (inquit) ad ſomnum
 mihi concilandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno
 obſtrictus, ſomnum capere potuit. Nam Auguſtus ob in-
 gentes curas ſepe maximam noctis partem ducibat inſomnem.
Macrob. lib. 2. c. 4. Sat.

Val. Cato, nobiliſſis grammaticus, qui multos docuit nobiles,
 ad poetice maxime idoneus, ad extremam vixit ſenectutem
 in ſumma pauperie, abditus modico gurguſtuo, poſtquam
 Tuſculana villa creditoribus ceſſerat: ut auctor eſt. *Bibaculus*
apud Suetonium de illuſt. Gram. cap. 10.

M. Antonii Triumviri perniciam, alioqui haud pravem- A stitum, Curtionis familiaritas corruptit. Is enim homo, voluptatis mancipium, quo magis sibi obnoxium haberet Antonium, in potationes, scortationes, sumptusque graves, & luxuriosas Antonium conjecit, adeo ut prater atatis rationem sexages ferreturum aëris alieni constaret. Plut. in ejus vita.

T. Anium Milonem festerunt septingentes aëris alieni debuisse, inter prodigia animi humani ducit Plin. lib. 36. cap. 14.

Agrippa, Herodis Magni nepos ex Aristobulo F. Romæ immoda profusione ad summam redactus fuit inopiam, ita ut præ paupertate in Judæam rediens, Tiberiade Herodis sumptibus sustentatus fuerit. Anthedone ab Herennio Cæsaris procuratore propter debitum satisfacta jussus, intempesta nocte abiit Alexandriam, & ibi ducenta argent. millia ab Alexandro Alabarcha mutuo accepit: qui tamen non ipsi se mutuatorem profectus est, sed Cypro uxori ejus, conjugalem amorem in ea admiratus, & virtutes cæteras. Fidejussit illa: & mox Alexander quinque talentis Alexandria representatis, re- lictam summam Ptoleolis se exhibiturum promissit, Agrippæ B profusione veritus. Agrippa Capris Tiberium convenire volebat. At Cæsar receptis literis ab Herennio, quod Agrippa trecentis millibus mutuo sumpsit, nec ad constitutum tempus perfolvit, de reddendo admonitus, fuga se e subjeçis ipsius Procuratoris loci propriis, exigendi facultatem admittit, egrè tulit: mandavitque cubiculariis, non prius admitti hominem, quam perfoluto debito. Ille ab Antonia Germanici, & Claudii postea principis matre petiit mutuo trecenta mil- lia, ne periretaretur de amicitia Cæsaris. Quæ memor Bere- niceus hujus mater conductum (familiariter enim ea fuerat usa) simulque educatum fuisse ipsum cum suo Claudio, præ- buit ei pecuniam illam: adeoque conciliatus est Cæsari, ut is nepotem suum commendaret Agrippæ, mandaretque ut pro- gredientem semper comitaretur officii gratia. Hoc beneficio devindus, & deditus Antonie cepit Cajum nepotem ejus co- lere, gratiosum apud omnes, & honoratum ob parentis me- moriam. Erat ibi forte Allus Samarita libertus Cæsarius: ab eo mutatus decies centena millia, & debitum Antonie reddi- dit: reliquum materiam habuit demerendi Cajum officiosus. A quo tandem, in mortuo Tiberio, regnum consecutus est. Jo- C sephus lib. 18. cap. 8. Antio.

M. Otto luxu, & deliciis à prima etate profligatus, bis mil- lies H. S. aëris alieni debebat. Et propterea à Galba non adopta- tus, contra eum conspiravit. Plut. in Galba.

STIFE MENDICII. Pandemios Homerus mendicos dicit, Porphyrio interpre- te, qui tota vagantur urbe non una contenti domo, Cæli. lib. 14. cap. 14.

Vide locum de Mendicis. CAPTIONE COENARUM. Sacrasum, Feralium.

Hi boum dicitur Græcis propriè didi videntur, quasi ari insidiarentur, cibi causa.

In rogum panem prisci imponbant, allaque ad vitam ne- cessaria, tanquam ipsi vesci possent mortui. Illis autem rebus ex igne rapiendis imbedant fordidis quidam, & abjecte admo- dum conditionis homines. Id indicavit in Jumbo in Rufam Bononicensem Catullus, cum mendicitatem illius, fordesque D declarare vellet: ait:

Sæpe quam in sepulcretis Vidisset ipso rapere de rogo cenam. Cum devolutum ex igne persequens panem A semiraso tandem etur ulore.

Vilioris lib. 21. var. lect. cap. 9. Apud Terentium Gnatho- flamma cibum petiturus dicitur. Quarumvis aliarum.

Qui propria ob egestatem non possunt, aliena vive- re quadra student, & hujus sunt loci. Hinc qui vel avaritia, vel gula causa hoc faciunt, inter Avaros & Gulosos referendi.

Myceniorum vidua, id est, Myconiorum more dicebantur ad convivium accedere, qui ultro venire non vocati. Myconus una Cycladem edicit: ipsa gens ob rerum inopiam cogebatur sese conviviis ingerere: unde jocus proverbialis. Erasmus in Adagii.

Exactione, Rapina. Consule Tit. Prudentis, & Astus in parandis stipendiis. Furto.

Vide Titulum, Furum, Prædonum.

INOPIÆ ADIUNCTIS.

OB PAUPERIATEM Male educati.

Aristidis Atheniensis indigna paupertas, partim Libero- rum suorum ad præstigiaticas tabulas redegit, partim ad stipem publicè accipiendam adegit ob inopiam manus porri- gere: nemini verò facultatem rei ullius præclaræ, aut exip- tius dignitate gerendæ permisit. Plut. in Aristidis, & Ca- tonis Comp.

Contempti.

Theogenis ob paupertatem se despici conqueitur: & in xhymoi, & amonid, oia per idon, & ad avipulu mis avasoiati avon. nō h mi xhymonora parerxeta. epi d' avonos xhymonon, avonon gnis per avonon va. Dignitate dejecti.

Fertur, Claudius laudasse eos, qui ob rei familiaris angus- tiam fenatorio ordine spontè cessissent. Alex. lib. 4. c. 1.

PAUPERIATIS ΠΤΑΑΚΗ. PAUPERIATIS SERVATA, NON DEPULSA. PUTA. Tosavri non inventi.

Invaluerat aliquando fama apud vulgus Atheniensium, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quæ à formicis illis pugnacibus serventur. Itaque quidam creduli sumptis armis exierunt illas expugnaturi. Qui cum re infecta, fru- straque sumpto labore redirent in urbem, irridi fuit à cæteris civibus, illud objectantibus, avō h xhymonon, id est, Tu credebas te futurum aurum. Meminit hujus rei Eubulus in fabula Glauco.

Hujus pōt avōpas xhymonon avonon, avōpas av avonon avōpas avonon. Kai avōpas av avonon avōpas avonon. av avonon avōpas avonon. id est, Quondam viris non Cæcropidis persuasimus. Sumptis ut armis montem Hymetrum incurverent. Ferrent, vel ut fragmentula auri fustili apparerent, Erasmus in proverb. Avōpasem te futurum credebas.

Beatus Rhonanus lib. 3. Reg. Germ. de Paupere scribit, qui in summa difficultate annonæ cryptam Augustæ Rauracorum subierit, spe thesauri inveniendi. Verum iustum, citroque fru- C stra vagatus, incidit tandem in mortuorum ossa: & vehemen- ter attonitus, exanimis concidit. Recollectis mox viribus, vix tandem egressus, tertio die post expiravit.

NON SERVATA, DEPULSA, ABIECTA. Ex contrario loco Opum acquisitarum illustretur, quando- quidem ea est Opulentia, & inopia natura, ut depulso- nem unius excipiat alterius positio.

ANNONÆ CARITAS DEFECTUS SUBLATUS. Aqūo videtur, id est, Famis campus, in civitates dicitur, ingenti fame pressus. Esi autem locus quissimam hoc nomine. Ad- dunt, cum aliquando illic summa fame laboraretur, apud Atheniensis oraculum admonuisse, ut famem, loco designa- to, certis piaculis placarent. Illi designatur campus, qui est post ararium. Atque hinc cum locum, Famis campus appel- lant. Erasmus in Adagis.

SICCITAS DEPULSA. Haliartum agrum laborasse quondam siccitate, ob summam aquarum penuriam, memorant. Virum eo tempore unum de primoribus Delphos venisse ad consulendum, qua ratione aqua inveniri posset. Responsum accepisse, ut qui primus Ha- liartum redeunt obvisus factus esset, illum occideret. Quare cum primus ei filius impubes Lophis occurrisset, nihil cuncta- tum stricto gladio puerum percussisset: illum adhuc spirantem huc illuc cursitasse. Ubique tunc humi fufus esset cruor, inde aquas e terra erupisse. Ex eo fluvium Lophin nomen ac- cepisse. Pausanias in Bœoticis.

Cum diuturna siccitate Græcia laboraret, ac non minus reliqua, quæ extra Isthmum est, Græcia, quam tota Peloponne- sus, coelestium aquarum penuria afficta esset, missi Delphos sunt, qui ex oraculo calamitatis causa, ac remedium cognosce- rent. Ibi respondit Pythia, Jovem placandum: utendum verò, modo ut velit obsequi, Æaco deprecatore. Ex eo itaque res- pōso missi ex singulis urbibus ad Æacum, ut deprecationem susciperet, oratum. Ille Panellenio Jovi facris ritè peractis, & votis nuncupatis, imbricium Græciam competent fecit. Ad rei memo-

memoriam legis Ægintæ statuas posuerunt. Pausanias A in Corinthiacis.

Boetorum terra cum unum, & alterum annum nullis imbribus irrigaretur, è singulis civitatibus Delphos missi sunt, qui open implorarent. His siccitatis remedium ex- poscentibus, Pythius Apollo imperavit, ut Lebæam ve- nientes à Trophonio mali auxilium quaerent. Lebæam itaque profecti, cum oraculum reperire non possent, Saon quidam Acraphniensis, collegarum natu maximus, cum apum examen conspexisset, quocunque illæ divertissent, se- que statuit. Ubique iugiter casad specum quondam advolantes vi- dit, & ipse subiens, oraculum, quod quaerebant, illud esse intellexit. Saonem hunc cum ea, quorum causa missus fuerat, tum sacrorum omnem ritum, & quæ inter consulend- um fieri fas est, edoctum à Trophonio memorant. Pau- sanias in Bœoticis.

PAUPERIATIS ACQUISITÆ

AUCTORES.

IPSE SIBI IPSI. Vel Liberalitate pia.

Vide Tit. Eleemosynarum.

B Abdias dispensator Achab regis Israëlitarum, cum cen- tum Prophetas in spelunca absconditos pane, & aqua sus- tentasset, magnum as alienum contraxit. Eo mortuo, creditor duos natos ejus in servitutum rapere volebat, cum vidua non esset solvendo. Illa Elifasum prophetam imploravit. Præcepit ille, ut ex olei ampulla, quæ do- munitica supererat, vasa à vicinis mutuo accepta imple- ret: divinitus enim oleum non defecit, donec om- nia impleverunt. Paruit illa, & justu Elifasi postea vasa il- la vendidit, & debitum dissolvit 4. Regum 4. & Josephus lib. 6. cap. 3.

Fide, Integritate.

Apud Perisium Satyra quinta his verbis Varronem Avazi- ta alloqui introducit: Contemptus perages sicum forte vivere tentes. hoc est, semper pauper eris, si plus esse voles, & metu deorum pejerare recuses.

Prodigialitate, Luxu, Libidine.

De Atolis scribit Polybius lib. 13. Hist. quod ob assidua bel- C la, victusque magnificentiam, ære alieno oppressi sunt. Athen. lib. 12. cap. 10.

Arcandai Lycii, qui Limyrensisbus sunt finitimi, ære alie- no gravati ob incomperantiam, ac nimium sumptum, tum ob eorum inertiam, & voluptatē, cum non possent secus perolvere, in Mithridatis partes se contulerunt, sperantes se premium debitum abolitionem inde consecuturos. Athen. lib. 12. cap. 11.

Quemadmodum Irus, & Codrus ob inopiam in vulgi- fabulum abieçunt, ita & Salacon quidam extremæ pauper- tatis homo efficit, ut omnes fortuna tenui, Salacones dicerentur, & ipsa paupertas, Salaconia. Meminit Hesy- chius: sed idem indicat, eodem nomine fuisse notatos fastuosos, & arrogantes, unde ductum sit verbum, av- avonon, & avonon, pro eo quod est, fracto, delica- toque gradu incidere. Addunt testem Theophrastum, qui avonon dicitur cum, qui sua profundit temere. Ex his colligere licet, adagii convicium non habisse in quovis paupere, sed in eos duntaxat, qui fastu, luxuque redacti sunt ad inopiam. Vox autem dicta videtur, à verbo D avonon, quod est labefactari, & ad ruinam tendere. Eras- mus in Adagis.

Callias Atheniensis, Diomestri Etrærici divitias malè par- tas dilapidavit: ut apud vulgum quadam barbaram vivere cogereat, victusque quotidiani inopia laborans, mortuus sit. Athen. lib. 12. c. 17.

M. Crasso pecunia magnitudo locupletis nomen dedit: sed eidem postea inopia turpem decotioris superlatiorem immi- sit. Siquidem bona ejus à creditoribus, quia solidum præsta- re non poterat, venerunt. Itaque amara fugillatione non caruit: cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus saluta- bat, Val. Max. lib. 6. c. 11.

Acilio Bute prætorio, post patrimonium ingens consum- ptum Tiberius Imp. paupertatem consententi: Serò, inquit, ex- pertertus es ad id alludens, quod totas inter pocula noctes transigisset, somno impendisset dies. Cælius lib. 6. cap. 13. An- tiqvarum Lectionum.

C. Caligula Imp. non habuit, ut filiam dotaret, ob sumptus citrà modum factos: stetitque Calendis Januarii in ædium

vestibulo ad captandas strenas, & stipes, quas plenis ante eum manibus, ac sinu diverfa turba fundebat. Tam pauper E evasit vel nimia largitione, vel immodica avaritia ille, qui aliquando super immensos aureorum acervos, patentissimo loco diffusos, nudis pedibus spaciatus est, & toto corpo- re grunientium porcorum instar aliquandū volutus. Suetonius.

Fridericus II. Imp. dum Parmæ urbis, quam oppugnabat, æmulam Victoriam condidit, editis magnificis spectaculis, Cæ- sarum veterum magnificentiam, & rerum splendorem aqua- re conatus, ad penuriam pecuniæ recidit: victoriatos, qui antea aurei cudebantur, jam scorticos facere cœpit, cum perparva ejus argentea effigie: proposito edicto, ut hi nummo aureo censerentur: fiscum suum tantidem illos æstimaturum, acce- ptaturumque. Æmilius lib. 7.

Mercimoniis ineptis.

Plautus Comicus omnem pecuniam, quam ex scena conqui- siverat, mercationibus amisit. Gel. lib. 3. c. 3. ex M. Varr. Abiectione, factura.

Vide Tit. Opes non conservare. Illic Opes non servate considerantur, hic subsequens Paupertas.

ALII. VIDENDUM

QUI. PUTA

Dæmones.

Exemplum luce meridiana clarius in Job cernimus, cu- jus diaboli studio, primum quinquaginta boum juga, & 500. asina abripiuntur, puerique caduntur: secundo, ovium septem millia cum pueris igne cœlitus demisso consumuntur: tertio, camelorum tria abducuntur millia, & famuli occumbunt: quarto, domus, ob procellas impetuosissimas à fatana excitatas, ab imis sedibus convulsæ, ruina opprimi- tur omnis soboles.

Constantinopoli incendium maximum ortum, sub Leone Imper. ex igniculo lucernæ, quam demon quidam, aut mul- lier certè à dæmone percita, in forum antelucanis horis at- tulerat, univerfaliter urbis, tum publicam, tum privatam magnificentiam, miserabili, & horribilissimo spectaculo, in cineres redegit, flammis durantiibus in quartum usque diem, quæ nec ulla aliqua ratione extingui possent. Evagrius l. 2. cap. 13.

Schilicacum oppidum in valle Kintzia à muliere venefica, diaboli astu, incensum conflagravit. A. D. 1534. Stumpsius, & G Erasmus Rotered. ex Henr. Giareani narratione.

Tyranni.

L. Corn. Sylla Rempub. Rom. ad mendicitatem rantam, & pecuniæ redegit egestatem, ut quamvis quotidie publicaret, & sub hasta venderet pecuniosissimos, & maximas domos, federatis, & focis civitatibus tamen libertatem, immunita- temque venundaret argento. Verum profundendi, atque dissipandi in adulatores nullus erat modus. Plut. in compa- ratione Syllæ, & Lysandri.

Meretrices.

Thallus capuo à Pico meretricie consumptus. Unde Capra dicta fuit. Capre enim gaudent sabbas, id est, germinibus. Athenæus lib. 13. cap. 19. Suidas Nannio meretrici hoc tribuit, item Cælius lib. 8. c. 8. AL.

QUOMODO.

Multa, Proscriptione, Confiscatione, Publicatione, Seffione.

L. Sylla, victo ad Chæroncam Archelao Mithridatis duce, Thebanos, qui cum Mitridate fecerant, dimidio agri multavi- t, quod Apollini, & Jovi Olympio consecravit: atque ex H proventibus argentum, quod ceperat, exsolvi diis imperavit. Plutarchus in Sylla.

P. Decio, & Q. Fabio Max. Coss. Feneratoribus quibusdam multatis, Cn. & Q. Ogulnii ædiles curules ænea in Capitolii limina, & trium mensurarum argentea vasa, in cella Jovis, Jo- nemque in culmine cum quadrigis posuere (Plinius fictile id opus fuisse auctor est) & ad Ruminalem ficum Romuli, & Remi simulachra sub lupæ operibus itauerunt ænea. Livius. Visitur hodie Romæ signum ex ære factum apud urbis Con- servatores: lupa est, duos ad ubera infantes habent. Sitne verus illud signum, de quo Livius, an aliud recens ab eo diver- sum, haud affirmare aulam. Sab. lib. 7. Eunn. 4.

Consuevere Romani, quos pro criminibus oppido gravibus supplicio affecerunt, illorum bona propter criminis detestand- um facinus publicare, illaque destinare publicis usibus, ut domini supplicium bonorum publicatio sequeretur. Sic Tar- quinio rege ejectione, ager, qui Tarquiniorum quondam fue- rat, Marti dicatus, campus Martius dictus est, de quo Plut. in Popli-

Poplicola. Sic C. Cassii domus, cui ob affectati regni crimen dies perduellionis dicta fuit, everfa, & demolita, area ante Telluris ædem facta est. Domus præterea M. Manlii Capitolini, quæ quondam in arce fuerat, qui fufpicionem regni pœnas dedit, de faxo dejectus, ædes, atque officina Moneta fuit. Et cum Marcellus quidam nequam, & criminofus, qui in ganeo, & ufitris vitam cgerat, propter latrocinia, fordesque vitæ, capitali fupplicio pœnas dediffet, bonis publicatis, in ipfius domo ab Emilio, & Fulvio cenforibus Macellum, ubi obfonia venderentur, locum extructum ferunt: tamen forum olitorum Romæ antiquum macellum fuiffe tradant. Sp. quoque Melii domus, quod turpiter regnum appetere conatus effer, poftquam capitis acceriffus, pœnas dedit, patrimonio publicato, Æquimelum dicta est. Vitruvii Vacci quoque domus in palatio, ob illius facinorosi pœnam, publicata, & everfa, Vacci prata loco nomen dedit. M. Flacci, qui cum C. Graccho feditionem molitus fuit, domus fimilis: ubi Q. Catulus de manibus Cimbricis porticum fecit, quæ Catuli appellabatur: ut tantomur criminum facinora nomen denotaret, fupplicique infignis memoria foret femperna. *Alex. lib. 3. cap. 23.*

B Violatorum Bonæ deæ facrorum crimine abfolutus P. Clodius, & factus Tribunus plebis, protinus appetivit Ciceronem, quod teftimonium in fe dixiffet: dieque Ciceroni dicta, quod Lentulum, & Cethegum indicta caufa necaffet, cum ille pacis caufa cum furiofo Tribuno armis contendere nollet, ei in voluntarium exilium fugienti, aqua, & igni interdixit: eoque exterminato, villas ejus incendit, domum concremavit, & aræ ædem Libertatis inædificavit, reliqua bona hæfa fubjecti, quæ quodcumque clamaret, nemo ad hætam tamen accessit. *Plut. in Cicerone.*

Cicero pro Sex. Rofcio, fpoliatum effe illum omnibus fortunis à Procuratore quodam Chryfogoni offendere volens, ac ne glebam quidem agri ei relictam, qui antea fructuosiffimis prædiis abundabat, inquit: Cui de tanto patrimonio prædofite neclarius, ne iter quodam ad fepluchrum patrum reliquiffet, humabant enim mortuos in agris veteres. *Vidor. l. 14. Var. l. 6. c. 21.*

Nero, poftquam Senatus Galbam, à legionibus Gallicis Imperatorem falutatum, hofsem judicavit, jocum captans, & ferocitatis apud amicis: Non malam, ait, occafionem fibi concillii oblatam pecunia egenti. Gallorum bona, ubi domitii effent, in prædam fe daturum: Galba vero fortunis hofis judicati ftatim uti licere, & diftrahere. Itaque hic bona Galba fub hæfa vendi juffit. Quod intelligens Galba, quæcumque in Hifpania Neronis effent, profcribens, multo inventi paratioris emptores. *Plut. in Galba.*

Origenes Adamantius, decimo Severi principis anno, vigente in Chriftianos infeclione, à Leonida patre cum fe fratribus, & matre vidua relictus, annos natus 17. pauper admodum, cum bona propter religionem conficcata fuiffent, vixit. *Hieronymus, l. 9. Eufebius lib. 6. apud Vol. lib. 7. Antrop. Exheredatione.*

Themiftocles Athenienfis, cum minus effet probatus parentibus, quod & liberis juffo vivebat, & rem familiarem negligebatà patre Neocle exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, fed crevit. Nam cum judicaffet, fine fumma indultria non poffe eum extingui, totum fe dedit republicæ, diligentibus amicis, fama que ferviens. *Probus in Themiftocle.*

Pompejus Rhæginus à fratre exheredatus. *Val. Max. l. 7. c. 8.*

Terencius à filio injuffe exheredatus, ideoque à C. Calpurnio D. Pifone, præfecto urbis, cui hæc injuriam conqueftus erat, in bonorum adolefcens poffeffionem miffus est, hæredesque lege agere non eff paffus. *Val. Max. lib. 7. cap. 7.*

Apud Scotos olim homicida, mutus, aut parenti ingratus, hæres non erat. *H. Boetius lib. 10.*

PAUPERATIS ACQUISITÆ INSTRUMENTA, TUM INANIMATA. PAUPERES FACTI AB IGNE.

Ex Tit. Urbium, Domum, Templorum exuftorum.

Eretientes fimul, & Chalcedienfes Pithecufas infulas habitantur. Qui cum terræ frugibus, & auri foffionibus beatiffimi forent, terræ motibus expulsi, & exhalantibus ignibus, & invalefcente mari, & aquarum fervoribus, exceffere. Hujus enim generis erucliones habet infula. Ob quas miffi coloni ab Hierone tyranno Syracufanorum, paratum jam à fe murum deferere coacti funt. Quam ob caufam nata est fabula, quæ Typhonem ea in infula feplutum afferat, eumque is lacus vertat, evaporate flammæ, & aquas. *Strabo lib. 5.*

GRANDINE.

Septima Ægypti plaga à Domino per Moysen immiffa fuit. Et grandio horrenda, qua quæcumque fub dio fuerunt, homines, pecudes, arbores, planta, contrita fuerunt, excepta Goffene, quam Ifraelitæ incolabant. *Exodi. 9.*

Anno Domini 776. cum Adeodatus pontifex Romanus obiffet, per mensis quatuor vita fuit elementa in urbis Romæ, & Italia excidium conjuraffet. Nam continuatim imbres tonitruis, fulguribusque immixti, armenta, & homines interfecerunt, & fruges perierunt omnes, præter legumina, quæ ventis excuffa repullularunt. *Blondus lib. 6. Dec. 1. Sigebertus.*

Initio Imperii Michaelis Paphlagonis, grandio imperu intolerabili delata, non frugiferas modo, fed & arbores conrefcit, fed & domos deiecit, & templa ac fegetes, vitæque folo alliffit. Itaque eo anno fumma fuit fertilitas. *Cædrenus.*

In Marchia Brandenburgensî ad oppidum Uredeland, die B. Remigii, ceciderunt e caelo igniti in morem grandinis lapilli, & incensis prædiis, & quibusque rebus in agro comprehenfis, ingentia damna ruffice plebi dederunt. Eo tempore Ericus, rex Danie, princeps pacificus, vocatus undecumque de contermini finibus omnium gradum principibus, generaliter terrarum pacem firmam confituit. Inter comites Holftiæ, & civis Lubecenfes pacem reformavit, interque duces Saxonie Albertum, & comites eodem. Quo merito civis Lubecenfes defenferunt illum fua fecere, annuatim mille marchas in decennium illi assignarunt. *Cranz. lib. 8. Sax. cap. 37.*

ANNI CONSTITUTIONE.

Hec per fe ad Chronica perinet, vel etiam ad Theatrum Elementorum, Respeflu Damni, quod fortunis inferetur, hujus est Tit. Calida.

An. 603. ætas infela frugibus omnibus fuit. Uredine fegetes omnes extinxit, quam hyems plus folito frigida excepit, quæ vites quoque omnes abfumpfit. Hæc mala Gregorii Magni Pontificis mortem prænucliafe vifa funt. *Signon. lib. 1. reg. Ital.*

Frigida.

Hyemis ftupenda afperitas, diuturnitateque, haud parum incommodi vitibus, frumentoque attulit, anno 1090. unde famem, pestilique fecura fuit: ut Contrafrigus habet.

Anno 1076. gelu magnum, & glaciem validiffimam à calendis Novembris ufque ad idus Aprilis, Sigebertus amocit, G unde vineta exaruerunt. *Schafnaburgensî.*

Anno 1408. hujus in Anglia tanta frigus vis, ut bona pars ovium perierit. *Pobd. lib. 21.*

AQUA.

Inundationes, Diluvia, Inundiones.

Deucalion filius fuit Promethei, & Oceani, ut inquit Dionyfius, qui Pyrrham patrum fui Epimethei, & Pandoræ filiam in conjugem accepit, regnavitque in Theffalia, expulsi Pelafgi cum in exercitu genies Parnaffi accolos ductaret, id est, Leleges, & Curetas. Hujus diebus, ficut Arift. refert, ingens vis imbrum magnam Theffaliæ, & Græciæ partem oppreffit. Ipfe Deucalion, & uxor Pyrrha in Parnaffo fevati, confulto Themidis oraculo humanum genus dicuntur reparaffe, jadis poft terga parentis offibus, hoc effe, terræ lapidibus, qui à viro paffi, in viros, qui à femina, in feminas convertebantur. Sed revera ex montibus in plana deduxerunt homines, qui diluvio fuperfuerant: ideo fuiffe faxa fabulati funt. *L. Vives in l. 18. Aug. de Civ. Dei. c. 10.*

Judæa inundatio famem maximam fecit, ut tritici modius veniret drachmis 5. fub Arifto bulo Alexandri Frege. *Joseph. H.*

Melas fl. propè Mazacam Cappadocie ex Argo monte ortus, cum non aptum exitum habent, in lacus, ac paludes diffufus, urbis aerem ætate corrumpit, & lapidicinas, cum utiliffimæ funt, efficit inutilis, Ariarathes rex anguftis quibusdam obftruxit, ad quas Melas exitum in Euphratem habet, proximam plantitiam totam lacu diluit, aque infulas quafdam, tanquam Cicladas, comprehendens, pueriliter ibi morabatur. Claufura verò ad immum rupta, aqua foluta effe, intumefactusque Euphrates, magnam Cappadocia partem traxit, & multas habitationes, & confita delavit: agrum quoque Galataram, qui Phrygiam habitant non parvo efficit detrimentum. Qua ex re 30. talentorum damno multatus, ejus rei judicio Romanis commiffio. Idem circa Herpam contigit. Nam & ibi Carmala exitu obftructo, ore dende rupto, cum aqua quadam Cilicem loca devalaffet, pœnas deditiis, qui injuria affecli fuerunt. *Strabo lib. 12.*

Sub Juliano Imper. apoftata, Alexandria maris æftu fe inundata est, ut eo in locum fuum regresso, in teclorum tegulis

gulis fcaphe marisæ fuit reperta. Diem eum, quo recessit, A inter anniverfarios fuum deinceps celebrarunt Alexandri, & Deo pro liberatione gratias egerunt. *Njepb. l. 10. c. 35.*

Anno Domini 690. qui fuit tertius Iuftiniani, aquæ diluvium fuit in finibus Venetiarum, & Liguria, cæterisque regionibus Italiae, quale majus poft Noe tempore creditur non fuiffe. Fadæ funt lacunæ poffeffionum, feu villarum, hominumque pariter, & pecudum magnus interitus: deffructa funt itinera, difffata viae, tantumque Athefis fluvius excrevit, ut urbis Veronenfis muri ex parte una fubruti fuerint. Fuit autem inundatio illa Calendis Novembris. Quin & tanæ corufcationes, & tonitrua tunc fuerunt, quante vix vivo tempore fierent. Tyberis quoque Romæ in tantum excrevit, ut aqua ejus fupra muros infuiffent, & maritimum in ea regiones occuparent. Tunc per alveum ejufdem fluvii, cum multa ferpentum multitudo, draco etiam miræ magnitudinis per urbem transfens, ufque ad mare descendit. Subfeuta effe ftatim hæc inundationem graviffima peluis, quam inguamariam appellant, quæ tanta clade populum devalaffit, ut ex inæftimabili multitudine vix pauciremanerent.

Anno quinto Childerberti, qui fere in initium Mauricii Imperii incidit, menfe Septembris, continuis viginti diebus imbre tanta vi decidit, ut plurimis in locis fementem facere nemo poffet. Fluvii præterea, Liguris, Flaveris (quem Melacem vocant alii) Rhodanus, Araris, omnesque torrentes longè, lacque fupra ripas effufi, plurimum accolis detrimenti dederunt. Lugdunenfis civitatis muros Araris cum Rhodano conjunctus, aliqua ex parte fubravit. *Greg. Turon. lib. 5. c. 35. Amoinus lib. 3. cap. 31. de Gef. Franc. Italia quoque magnam eladem perpelfa effe aquarum inundatione: quæ tanta fuit (referente Simona lib. 4. cap. 30.) ut homines Noe diluvium inftauratum putarent.*

Anno Mauricii 3. Calendis Odrobris, dira aquarum alluvio, & fulmina feviliffima, Venetiarum, & Liguria terras oppreffere: & mox Romæ atrociffima peluis, ex ferpentum fetore ad littora projectorum exorta, fecura effe.

Sexto Mauricii anno impa Longobardorum gens Romam oppugnans, allidus imbribus, turbinumque tempeftatibus adeo perculfa effe, ut obfidionem folvere cogeretur: fubrumpita effe deinde tanta via aquarum, ut innumcrabilis penè hominum, pecudumque multitudo per Italiam, ac maxime Romæ perierit. Tyberis ita fe effudit, ut altitudine Romæ urbis mœnia fuperaret, & ingentem ferpentum, aliarumque venenarum animantium colluviem adveheret. Inde mox anno fequenti, Palermo auctore, ex cadaverum putrefactione iterum peluis feviliffima orta effe, qua Pelagius Papa, & infinita hominum multitudo Romæ interit. Henricus de Euphordia nono Mauricii anno hæc facta effe fcribit: nam mirè hic variant auctores.

Anno 18. Iuftiniani Magni mare Thraciam operuit ufque ad quatuor millaria, teclis aqua Odryfo, Dionyfio poli, & Aphrodisio, multique funt aquæ fufocti. Inde Dei juffu aqua in fuum rediit locum. *Cædrenus.*

Smaragdo Exarcho dira aquarum illuvies totam penè Italiam obruit, maxime, & quantus nunquam aliàs; hominum memoria potentes, aquis, & limo omnia obtinuitibus. Atulit interemptes illa ingentem Italiae famem: jam & pestilentia effe fimul orta, quæ multo maximam mortalem partem abfumpfit. *Sab. lib. 5. en. 8.*

Anno Sal. 189. Italia ab Authari Longobardorum rege miferè afflicta, continuis imbribus Octobri menfe caelo effufis, tanta aquarum illuvies Italiam totam inavafit, quantam poft prodidit. Nam exundantibus annibus non campi folium paffim in flagra converfi, & viae, itineraque confufa funt, fed teclata etiam fubruta, atque homines paffim, pecudesque nulla difcrimine perierunt. Verone Athefis amnis ita crevit, ut aqua ad ædem D. Zenonis perveniret. Quod verò pro infigni miraculo S. Gregorius fcripfit, Authari ipfo rege feclantem, aqua apertis templi januis irruens, templum tamen ipfum non intie, & paulatim crefcens ufque ad feneftras, quæ proximæ teclæ erant, evafit. Qui verò in templo remanferant, cum elabi non poffent, aquam tamen ad januam templi ve-

nientes hauriebant, neque ab ejus impetu aliquid noxæ accipiebant. Ea ades fuit, quæ hodie in ripa Athefis fua Oratorium S. Zenonis vocatur. Templo ipfo incolumi, tamen muri urbis vi aquæ multas in partibus fubruti procederunt. Quin etiam Romæ Tyberis exitu Octobris adeo intumuit, ut fuper mœnia scandens, alioque quoque Urbis regiones late omnes obfederit. Itaque non folum innumcrabiles domos fubravit, fed horreice etiam Ecclefiæ deturbatis, frumenti numerum ingentem corrupit: quodque homines novo ftupore defixit, magna ferpentum turba cum ingenti dracone fecondo flumine in mare delapfa, quæ poft falis fluctibus hauffa, & ad litus ejecta, intuentibus omnibus memorabile feclaculum edidit. *Signonius lib. 1. reg. Ital.*

In urbe Turonica, imperante Tiberio, populo ante lucem in Ecclefiam feftinante, caelo nubilo, cum pluvia globus igneus de caelo lapfus effe, tantam, & tam claram lucem de fe præbens, ut tanquam in meridie, cum fol ad caeli medium pervenit, omnia cernerentur. Receptus effe hic globus à nube: fubructæ funt exundationes aquarum infolita. Sequana, & Matrona in tantum creverunt circa urbem Parisiorum Lutetiam, ut prope eam aliquoties naufragia contingerent. *Greg. Taronenfi lib. 6. c. 25.*

Imperante Conftantinopoli Romano Argyropolo, à menfe Octobris imbres quoque ingentes ufque ad Martium menfem obtinuerunt, & annium in lacum exundatione ferè omnia animalia necata funt, ac femina terræ commiffa per totam Græciam perierunt: ideoque in fequenti anno gravi effe laboratum penuria. *Cædrenus.*

Sub Theodofio III. Tyberis alveum fuum egressus, ufque ad pontem Milyvium à Vaticano aquas emiffit, magnamque Romæ urbem cladem intulit feptem diebus, cum fceda domorum, & animalium frage. Subfeuta funt & alia prodigia caeleftia: nam Luna per eos dies tenebrata effe à prima ad tertiam vigiliam notis, fanguineo colore fuiffa. Apparuit & crinita ftella terrifico afpectu, cauda ad Arctum obverfa. Quibus terroribus fapius effe Romæ fupplicatum Gregorio II. Pontificis edicto, ad malas hæc tempeftates averteudas. *Paul. Diacon. lib. 6. cap. 12. de Gef. Longob. Liber pontificalis, Platina Ann. Dom. 717. Sigeb. l. 9. Beda lib. 2. de Tempore.*

Anno Domini 791. Romæ Tyberis exundans, portam Flaminiam evertit, & pontem Antonij Pii inter Janiculum, & G. Aventinum, multaque urbis ædificia, & ornamenta. *Platina in vita Adriani, Blondus Decad. 2. lib. 1.*

Iuftini Magni Imp. anno 7. Edelfa, magna, atque celebris urbs, diluvio Sciri amnis, qui per eam fluit, afflicta effe. Maris enia inftar ille exundans, domos unò cum inhabitantibus abrupit, atque fubravit. Diluvio finito, in ripa amnis inventa effe lapidea tabula, inque cum infcripta hæc hieroglyphicis litteris: Scirtus amnis falabit malo civium (Σκίρτος ποταμὸς σκίρτιον σκίρτιμακα πολίτας.) Iuftinus multum utriusque urbi ad inftauracionem contulit. *Cædrenus.*

An. 1432. ex nivibus, atque pluviis Albis in Bohemia excrefcens, multas cum hominibus villas confumpfit: deinde in Mifina pontem Drefdenfem abrupit, homines, & jumenta perdidit. Nec minus Sala intumuit ad urbem Halenfem: muros afcendens aquavit, immò etiam fuperavit, ac dulces aquas Salinæ mifeclit. In regione Turingendorum, fupra quadraginta villa perierunt. *Cranz. lib. 11. Vanda. H. l. 6. c. 27.*

Anno 1513. ad radices Alpium, qua iter in Helvetios, fupra Bellizonam, præaltus mons terramotu conculfus ingenti fragore edito, corruit: totaque ea convullarum rupium moles in lavam prolapsa, fauces Convallis, per quam Brenno annis decurrens Ticino mifeclatur, obftruxit. Quo cafu ftagnare aquæ, & nequaquam tanto obice vi undarum prærupto, vallis fpatium implere coactus effe. Unde mox in centum ferè ftadiorum magnitudinem lacus excrefcens, acolarum ædificia, ac prædia, antequam annis circumberet, oppreffit. Contraria autem ratione Ticinus defertus ab Iocicio amne, nihil alienis vitibus auctus, qui paulo ante Bellizone ponte lapideo, & rationibus jungebatur, cum fuas tantum undas traheret, humilis in Verbanum effugit. Ea tamen aquarum vis poft vigefimum menfem, cum vafitate pulcherrimi tractus, & miferabili multorum mortalium interitu, effracta mole prolapsi montis erupit. *Jovius lib. 12. Hift.*

Byrficus torrentis Bafileam ad ftrictio undique ædificiis alveo medius interluens graviter inundavit. An. Dom. 1265. Secundo poft bellum cruentum inter Henricum Epife. Bafilenfem